## Iacobus Comes iuliarius Veronenſis ſuo Parthenio ſalutem.

q Veris partheni quid ſentiam de tua in catullianum carmen lucubratione: an exiſtimem in omnibus ad poetę ſenſum ſatiſfacere: ego & ſi palá afferre iudicium meum inter tot maliuola obtrectatorum ingenia quos noſtra uidet ętas: haud quaꝗ̃ arbitror tutum: Dicam tamen aliquid: Sed minus certe: ꝙ ſentio: ne meo in te amori nimium credar indulſiſſe. Adortus es rem in primis arduam & a nullo antehac tentatam tum carminis ipſius duritie quam affectaſſe deinduſtria poetá uterq; auctor eſt plinius: tum mutilati operis uetuſtatis incuria: deprauatione: In quo quid effeceris: iudicabunt: qui comentarios tuos legent: omnibus placere immenſum & ſupra uires prope humanas eſt. In hoc te dignú laude ducimus: ꝙ ingenti id tu animo: quod nemo hactenus aut auſus eſt: aut potuit attingere: in magnis etiam non aſſecutis uoluiſſe abunde pulchrum: atq; magnificum eſt. Oblatraturos tantiſper ſcio ſi quos aut editione pręueniſti: aut quibus ſuopte ingenio calumniandi animus eſt. Donec intelligent noſtro teſtimonio: te non ea cauſa ad catulliani carminis interpretationem adductum: ut aliis pręreptá laudem uelles. Sed ſimul & officii in ciuem tuum gratia: & ut aliis excultius fortaſſe aliquid elucubrandi uiam aperires. Nos iure noſtro id poſſumus uel ab omni calumnia tuti affirmare. Te uera ciuica dignum. Quod labentem iam: & a uetuſtatis iniuria pene obrutum ciuem: ingenii tui clypeo ſubleuaſti: protexiſtiq;. Quod huiuſmodi epigrammate luſimus.

a ii

Hactenus abiecit carioſos docta libellos
  Et mutilos luſus turba catulle tuos:
Leſbiacas norat lachrymas: nec paſſeris ullus
  Funera: ſqualebat nobile uatis opus:
Maxima parthenius latię diſpendia linguę
  Non tulit: & patrię publica damna ſuę:
Excuſſit ſalebras: abtruſaq; ſenſa recluſit:
  Amiſſumq; capit pagina priſca decus:
Intret in arcanum lepidi penetrale poetę
  Quiſq;: gerit faciles iam noua charta iocos:
Vos reducem lauro uates ornate catullum:
  Parthenio ſatis eſt ciuica ſola meo.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTONIVS Parthenius Laciſius Veronēſis Iulio Pōponio ſalutē. Plerīq; ciues mei optimi:atq;
Clariſſimi uiri diſertiſſime Pomponi auctoritate ſua me coegerunt:ut tandem ederem ad cōmunem
ſtudioſę iuuentutis cōmoditatem meas in lepidiſſimum poetam Catullum interpretationes anno iam
quarto ſingulis lectionibus lucubratas. Ego & ſi noueram nullo pacto editionem eſſe pręcipitandam
quum tamen grauiſſimis uiris negare minime auderem:mecum diu:multumq; conſultaui:Cui potiſſi/
mum homini haſce Catullianas enarrationes dicarem:non enim ignorabam:quantis inuidię iniuriis
eſſet obnoxia ſors:atq; conditio ſcriptorum omnium:quorum nemo a conditis litterarum monumē/
tis uſq; ad ętatem noſtram maliuolorum hominum difficilem naſum effugere ualuit:qua ego aduerſa
ſorte monitus quum tutum aliquod operi meo profugium iquirerem:ueronenſem patriam meam per
uetuſtum:atq; ſacratiſſimum diuinarum muſarum templum:Cui libellus meus te authore dedicetur:
delegi:ſperans fore:ut hoc uoto ſit a uulgi temeritate inuiolatus:nec nouo quidem exemplo opuſculū
meum immortali pręſidio tuendum eſſe cenſui. Nam priſci quoq; rerum authores:penes quos omniū
fere bonarum artium inuentiones claruerunt:quorum q; ingenia:& mores non ſolum hęc ętas:ſed eti
am uetuſtas maxime mirata eſt:quum in plęriſq; aliis rebus:tum in hac pręſertim prudentiſſimi fuiſſe
inueniuntur:q; res:quas intemeratas:atq; memoria ſempiterna munitas optabant quo tutiores forent
diis immortalibus conſecrabant:eorumq; tutelę:omni ſtudio: & induſtria commendabant hinc publi
cas porticus:theatra:Circos:amphitheatra multorum deorum numinibus dicata legimus:hinc urbiū
muros:arciūq; moenia diis Cuiuſq; ciuitatis patriis conſecrata comperimus. Tu igitur doctiſſime pom
poni unicum ſeculo noſtro bonarum litterarum oraculum:& ſingularis camoenarum antiſtes ſies hu
ic dicationi perinde ac pontifex maximus:Commentationum q; mearum Veronenſi patrię meę dicā/
darum conceptis uerbis uota nuncupabis. Et tuę nuncupationi omnes celeberrimi academię tuę ſecta/
tores reſpondentes linguis:animiſq; benigne fauebunt. Sic ueſtris auſpiciis luſus mei: meorumque ſtu/
diorum primitię immortalitatem aſſequentur:uale.

ANTONII Parthenii Laciſii Veronē
ſis in Catullum commentationes.

ANT. Parth. laciſius libello ſuo.

Chare liber ſuperas tecum lature per auras
Nomina noſtra uide cautius ut ſit iter
Effuge ſordidulos atra rubigine dentes
Et uulgum audacem grammaticaſq; manus.
Liuidius nihil eſt:nihil eſt naſutius illis
Pagellę criticum ſe tibi quiſq; geret.
Infeſtos morſus & acutos fortius ungues
Perfer:dum ciuis ſtet tibi tuta ſalus.
Sic tibi perpetuum decus & per longa ſuperſtes
Sęcula ſit uiuax gloria chare liber.

e Diturus meas in Valeriū Ca/
tullum interpretationes:ſępe:
ac multū mecum reuolui:utrū
pręfatione miſerandum poetę mei fa/
tū conquererer:an potius ſingulari le
ticia naſcentem eius ſęlicitatem proſe
qui deberem. Nam quid in locupletiſ/
ſima litterarum re publica ęque dolē
dum erat:q; doctiſſimum poetam Ca
tullum uſq; in hoc ſeculum noſtrum i
tenebris iacuiſſe:atq; a litteratis Ciui/
bus ſuis Cylenio:Domitioq; pręſtantiſſimis latine linguę interpretibus fuiſſe deſertum:& quod mole
ſtius ferendum erat: ab illis externos poetas elegantiſſimis enarrationibus eſſe in lucem reuocatos?
Quid deinde tanto gaudio meo mihi dignū uideri debet? q; ſi aut per meas lucubratiunculas:aut per
nōnullorum uiroꝝ ſtudia meaꝝ uigiliarum ęmulatione mota cum doctorū hominum:tum ſcholarū:
atq; pręceptoꝝ ulla familiaritate Catullus illuſtrabit. Quum igit in oibus Ciuitatibus oium fere poe
taꝝ:quę ſuperſint ſcripta legerentur:ac ſolus Catullus tum quia eius ſcripta corruptiſſima erāt: tum
quia carebāt interpte ſcholarum familiaritate orbatus eſſet hunc poetā ab eruditiſſimis ſcriptoribus
nomine doctiſſimi:elegantiſſimiq; poetę honoratum in ſcholas:atq; magiſtroꝝ manus:quoad potui:
nuper inducere tentaui. Et enim ſi utriuſq; linguę periti noſtro ſeculo ciues mei Cyllenius:atq; domi/
tius doctis enarrationibus ſuis interpretati ſunt:alter tibullum:alter iuuenalem:Martialem:atq; Papi
niū externos ſcriptores:quanto ſtudioſius debui Catullum ciuem meum quantulacunq; mea declara/
tione interpretari? Atq; utinam Cyllenio:Domitioq; mecum fuiſſet pro poeta noſtro idem Conſiliū:
eadem uoluntas:ſimiliſq; conatus:ut Catullum noſtrum miſerabiliter diſiectum:ac exanimē:landiu i
tenebris iacentem in ſua membra reducerent:atq; a tenebrarum ſordibus in ſplendidam lectionū lu/
cem reuocatū honori ſuo reſtituerēt:quod ſi feciſſent:poetam profecto noſtrū:quem uix ſpirantem:
ac male pedibus innixum reſpicimus:uiuidum:robuſtum:nitidum:exultantē haberemus. Catullus eni
uſq; ad hanc ętatem in tenebroſis latebris iacuit:nec adhuc ullas prelectionum illuſtrationes ullius
Interpretationis lumen habuit conatus igitur ſum:atq; tentaui:ſi poſſem his lucubrationibus ſuſcitare

poetam de patria noſtra benemeritum:ut ſi litteris aliquid ualeo non tātum externis ſcriptoribus quā
tum ciui noſtro prodeſſe multo ſtudioſius atq; honeſtius uoluiſſe uidear. Nec uero multum reformida
bo quid in me inhumana iuidia ſit machinatura: q; opus hoc multis in locis diminutum & in pluribus
deprauatum atq; ob id ab eruditioribus bonarum litterarum profeſſoribus tanq; cadauer quod nul/
lis humanis opibus nullo ue ingenio excitari poſſit obſcuritati relictum ego mediocri ſtudio nec claro
admodum ingenio audaci conatu ſim aggreſſus. Tantum aūt a me abfuit & abeſt huiuſmodi uanus in
uidię metus ut multo auidius q; ſtatueram ſuſceptum opus maturauerim. Nam quum ſit cōſilium me
um luci & honori ſuo reſtituere Catullum quanto plures docti uiri:mearum Interpretationum ęmula
tione mouebuntur tanto utilius conſulent poetę noſtro & in quibus ego imbecillitate ingenii detētus
defecero ſtudioſi homines cura peritius perfectiuſq; dicendi litteratę iuuentuti me duce ſatiſfaciēt:hoc
modo auſpiciis meis paulatim adiuuabitur poeta noſter atq; per multos ſcriptores pari ſtudio motos
decus ſuum reparabit: Nec mihi multum moleſta erit communis omnium ſcriptorum ſors aduerſa in/
uidorum maledicentia & obtrectatio:quas a conditis litterarum monumentis euitauit nemo. Nec iter
omnes ſcriptores quiſq; tam felici fuit ingenio:qui uel in magnis uel in paruis aliqua ex parte non erra
uerit:quo fit:ut minus moleſte ſim ſubiturus hanc communem ſortem:quam nullo modo cauere po/
tuiſſem:niſi omnino nihil unq; ſcripſiſſem:quod peſſimum atq; calamitoſiſſimū uirtuti conſilium ſi o
mnibus ſcriptoribus fuiſſet:nulla litterarū monumenta unq; extitiſſent:qua iactura quid poſſet eſſe p
nicioſius hominum ingeniis. Quamobrem quod incōmodum doctiſſimus quiſq; ac diuinus ſcriptor
non reformidauerit:ego & ſi non ſummo ingenio mediocriq; doctrina nō tamen minus ęquo animo
ſim laturus:dum labore ſtudio induſtria proſim ciui meo. Etenim ſi ſeruius peritiſſimus grammaticus
in uirgilianis expoſitionibus caprum urbanum Hyginium:Didimum Probum Aſprum Donatū mul
toſq; alios uirgilii Enarratores ſecutus in plurimis erraſſe deprehendit:& nihilo minus doctiſſimi grā
matici nomen & dignitatem non amittit:Ego quoq; a lectoribus non inhumanis aliquantulum uenię
ſperare poſſum & debeo:quum in hoc perq; difficili opere interpretando ducem nactus neminem &
ſtudio ſatiſfaciendi litteratis iuuenibus & ſingulari adiuuandi ciuis mei amore ac pietate tantum meę
profeſſionis honus tantūq; inuidię periculum ſuſceperim. Nam q;q; & in gręcis & in latinis nullum li
brum magis corruptum magiſq; mutilatum q; Catullum inueniri ſatis conſtat: ea tamen quę tum in
emendanda tum interpretanda lectione Catulliana ſenſerim neq; inuidioſe Conticēda neq; inhuma/
ne occultāda putaui. Id unū poſtremo lectores monuerim:me Catulli poemata in locis ſupra Cētum
mēdoſa deprehendiſſe:ut ueriſſimū appareat Cuiuſdam Ciuis noſtri gręcis & latinis litteris eruditiſſi
mi dictum:quum enim is cuius nomini honoris gratia parco ſuper quodā Catulli obſcuro & depra/
to uerſu nuper interrogaretur:quid ſentiret:fertur reſpondiſſe prudenter:ſe nullā extēpore daturum
eſſe reſponſionem:quoniā tanta eſſet Catulliani libri confuſio tantaq; inuerſio:ut ſi ab inferis reuoca
retur Catullus:Carmina ſua non eſſet agniturus. Ego aūt Collatis & ueteribus & recentioribus Catul
liani operis exēplaribus quoad potui et ſi non in totū maxima tamē ex parte lepidiſſimi poetę Carmi
na a tam ſordido ſitu excitare atq; tantis ab iniuriis extrahere uendicare tueri ſum conatus: Nonnulla
tamen cōfiteor eſſe loca:de qbus adhuc ualde quęrendū eē arbitror ut Salipentiū ſiue Solopechyum
diſertū:& bona pars Epigrāmatis in Egnatium intercepta & illud idmeneos ne petam montes:tum pe
neum prope Cylleneum & quędam alia pauca:de quibus ego nihilo minus tā probabiles (ut opinor)
attuli ſententias:ut a lectoribus ſperem me ſi non magnam laudem:bonam tamen iudicii mei ueniam
conſecuturum. Vale.

Catulli Vita.

c Aius Valerius Catullus Nobilis inter latinos lyricos poeta Veronę natus olympiade Centeſima
ſeptuageſima tertia non humillimis quidē natalibus neq; obſcuris parentibus fuit:nam patrē ui/
rum Caii Cęſaris dictatoris hoſpitio clarū habuit. Sed paternę fortunę conditionē ingenio atq; uirtu
tis pręſtantibus meritis euicit. Romā admodum tener a Mallio deductus ingenii facilitate ſtudiis mo/
ribuſq; Cōciliantibus fuit oibus Romanis chariſſimus & perq; acceptus:qua gratia munitus. M. Tul.
meruit patrociniū:Cuius rei teſtimonium extat poetę facetiſſimum Epigrāma. Licinio autē Caluo nō
inelegante Elegiarum poeta familiariſſime uſus fuit. Caio Mēmio prętori Comes in bithynniā profe
ctus ac multa expertus incōmoda tandem rediit in patriā:peragrata prius magna ex parte aſia:Phaſel
lumq; quo uectus fuerat diis geminis dicauit. Mallium uero cuius larga munificētia benigne tractatus
fuit ſtudioſiſſime coluit:eiuſq; tum nuptias eleganti Epithalamio tum ſingularem liberalitatem elegia
enixe celebrauit. Fratrem aūt unicum in phrygia immatura morte raptū piiſſima elegorum deplora/
tione proſecutus fuit. Olympiade centeſima octogeſima anno ętatis ſuę triceſimo Romę morit:ama
uit aūt tum Hypſitillam Ciuem ſuā tum Clodiam quam mutato nomine Leſbiam appellat. In Carmi
nibus ſcribendis tres uiſus eſt feciſſe Conatus primum enim ſcripſit mundiſſimos Endecaſyllabos &
Iambos:in quibus tātum honoris meruit:ut ab Euſebio & pleriſq; aliis inter lyricos poetas recenſeat:



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Quintiliano atq; Diomede grāmatico aſcribatur iambicis authoribus:quo in ſtilo ueteris comędię licentia uſus cum pleroſq; alios Romanos optimates tum Caium Cęſaré liberrima dicendi acerbitate lacerauit:Sed quum Cęſari ſatiſfeciſſet ab eo eadem die cęnę fuit adhibitus. Quantis autem muſarū auſpiciis in ſecundo conatu ſcripſerit heroica declarat uirgiliana in illis compilandis frequés imitatio Tertium uero conatū in Elegos effudit:in quibus pro priſca illa elegantia & munda ſimplicitate q̄ſq; ab utroq; Plinio & ſe & uerſus duriuſculos feciſſe dictus eſt:plurimum tamen leporis habet & gratię. Ac propterea eum Aulus Gellius elegantiſſimū atq; mundiſſimum poetaꝝ appellauit. In toto autem hoc breuiſſimo libello id authoritatis eſt aſſecutus ut ab Ouidio Naſone opponatur Virgilianę maieſtati. Martialis uero quum plurimis in locis doctum Catullum nuncupauerit:ſe tandem poeta noſtro minorem non erubuit confiteri. Frequens autem eſt inter doctos uiros opinio:cui ego quoq; Plinii authoritate ductus aſſentior a Catullo alia quędam poemata fuiſſe cōpoſita: quę ueterum negligentia iamdiu perierunt. Fuit & quidam alius poeta nomine Quintus Catullus Gellii atq; Ciceronis teſtimonio commendatus.

l  Yrici Carminis Origo a quo potiſſimum authore cęperit non facile dixerim:Nam etſi ante latinos nouem lyricorum fama floruit gręcia non tamen huiuſce poematos principiū apud gręcos extitiſſe affirmauerim: quippe ſi diuum Hieronymū grauem in primis authorem audimus:Origenes: Philo:Ioſephus:atq; Cęſarienſis Euſebius Sacraꝝ litterarum leges:& hymnos Sapphico Endecaſyllabo pindariciſq; muneris examuſſim fuiſſe comprehenſos aſſeruere. Conſtat autem confeſſo omnium doctorum hominū conſenſu Hebręos ſacrorum hymnoꝝ ſcriptores multis ante gręcam poeticen ſęculis floruiſſe:Siquidem Dauid Rex diuino plenus ſpiritu:diuinorumq; Canticorum ſcriptor circiter centum:& quinquaginta annos ante primā olympiada fuiſſe comperitur. Stheſichorus auté ſiculus:et Alcman e nouem lyricis antiquiſſimi olympiade circiter quadrageſima ſecunda claruiſſe dicūtur. Alcęus uero:& Sappho Mitilenęi Olympiade quadrageſima quinta. Hos autem ſecuti ſunt diuerſis ętatibus Anacreon:Simonides:Bacchilides:Pindarus:Hybicus. Sunt qui decimam addant Thebanā Corynnam. E latinorum uero poetarum numero neminem Catullo priorem lyrico claruiſſe carmine cōperi:quanq; Trimetros iambicos a Pario Archilocho inuentos Oratius ſe primum omniū latinis oſtēdiſſe aſſerit:quum Catullus noſter a Quintiliano iambicis aſcriptus eo carminis genere ante Oratium uſus fuerit:Carmē aūt Heroicū Hexamerū Oraculo delphico deberi ſcribit Plinius:tametſi Ioſephus: Origenes:& Euſebius grauiſſimi authores Moſen:qui primus diuino iuſſu Hębręis leges tulit:eo carmine uſum memorię prodiderunt. Elegos uero:quibus tertium ingenii ſui conatū effudit:incerto authore adinuētos:atq; adhuc de illius metri origine litē ſub grāmaticis agitari tradidit Oratius:quāq; Iulius Pollux Elegoꝝ inuentionē Eteocli Naxio:ſeu Eretrienſi aſſignauit:Nunc ad inſtitutum meum accedendum eſt.

## Ad Cornelium Nepotem.

Voi dono lepidum nouum libellum. In hoc primo epigrāmate poeta Cornelio nepoti amico ſuo libellū hūc dicat:atq; in eius nomine opus edit aſſignans huius dicationis rationem uidelicet quia cornelius poetę ſcripta iamdudū plurimi ſemper fecerit. Quis aūt fuerit hic cornelius quidam docti uiri a me diſſentiunt. Cornelium gallum elegiaꝝ ſcriptorem fuiſſe complures coiectant: ego auté euſebii Tēpora ſecutus corneliū gallum intelligi poſſe negauerim: repugnante temporū ordine: Nā anno:quo Catullus uita functus eſt: cornelius Gallus uix infantię ſuę trimatū attigiſſe Inuenitur: pręterea hunc: de quo Ait poeta Corneliū hiſtorię ſcriptorem fuiſſe carmen ipſum demonſtrat:Cornelium autem Gallum elegiarum poetam fuiſſe conſtat:uero igitur ſimilius eſt intelligi cornelium nepotem hiſtoriographum: quem padi accolam ſcripſit Plinius: unde docti uiri eum Veronenſem fuiſſe ſuſpicantur. Quoi:datiuus antiquus ex analogia formatus:quo & M. Varro plerunq; uſus eſt. Lepidum. ſplendidum:elegantem. Nouum. nuper abſolutum ac nondum editum. Arido pumice. hunc puto locum eſſe in quo Seruius a Catullo pumicem fęminino genere poſitum aſſerit:ut Catullum arida pumice credam protuliſſe: pumices:ut Scribit Plinius:ſunt in uſu corporum leuigandorum fęminis Iam quidem & uiris:& libris expoliendis: ut Idem Catulli auctoritate affirmat:Martialis libro octauo:nondū murice cultus: aſperoq; morſu pumicis aridi politus Artanum properas ſequi libelle. Nanq; tu ſolebas. rationem reddit cur potius cornelio: q̄ alteri dedicet libellum. Meas nugas. Sic poetę ſuos uerſus luſus:& nugas uerecunde nuncupare conſueuerūt: Oratius de ſe ipſo. Neſcio qd meditans nugarum totus in illis:Martialis in ſexto dum noſtras legis: exigiſq; nugas:& alibi: Quiuis archetypas habere nugas.

Vnus italorum. pręcipuus ex omnibus italicis: Vnus pro pręcipuo. Virgilius Tum ſenior nautes Vnum: quem maxima pallas Edocuit. Omne ęuum. omne ſęculum pręteritum: Quum autem dicit omne ęuum plane indicat Cornelii Nepotis chronica quorum meminit Gellius in noctibus atticis.

## VAL. CAT. VERO. POETAE CL. AD CORNELIVM NEPOTEM.

Voi dono lepidum nouum libellum
Arido modo pumice expolitum
Corneli: tibi: nanq; tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas:
Iā tum quum auſus es unus italorū

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Omne æuum tribus explicare chartis
Doctis/iuppiter: & laborioſis:
Quare habe tibi quicquid eſt libelli:
Qualecunq; quidem patroa uirgo
Plus uno maneat perenne ſæclo.

Tribus chartis.ex mira operis breuitate ſcriptoris ingeniũ ſingulare demonſtrat & numerus finitus pro infinito. Iuppiter p exclamationẽ legit & eſt parẽtheſis. Quare:cõcludit dicationẽ opis: Patroa uirgo.Senſus eſt uirgo & puella mea leſbia i his carminibus in tuo noie editis diutiſſime maneat in hominũ memoria:& p hoc poeta libello ſuo ppetuam optat uitã & imortalẽ auctoritatẽ. Virgo puella mea:nam apud priſcos uirgo nõ tantũ inupta intelligebat:uerũ etiã puellã tenerã ab ętatis qualitate ſignificabat.uirg.in bucolicis Ah uirgo infęlix quę te dementia cępit. Patroa.ideſt patria:hoc eſt(ut ita dixerim)Cõpatriota mea:uel tua ciuis:eſt aũt gręcũ adiectiuũ πατρῶος ῶα Ἰρῶον alii uero legunt. Patrona.ſcilicet mea:patronã uſurpauit pro matrona.i. domina mea : in cuius ſum patrocinio:quemadmodũ ſerui ſub dominoꝝ iure:nam patroni pro dominis accepti ſunt : alibi poeta de hac ait. Iſq; domũ nobis iſq; dedit dominã:ſcilicet Mallius dedit mihi leſbiã meã:& amatoꝝ more amicam ſuã patronã ideſt dominã appellauit:Nã amãtes ſuas amicas dicere dominas ſolent: Tibullus.hic mihi ſeruitium uideo dominãq; paratã:Iam mihi libertas illa paterna uale:Propertius.ſtãt mihi cũ domina pręlia dura mea. Perenne.aduerbium eſt & erit ordo uirgo maneat plus perenne ideſt perẽnius uno ſęclo.

## FLETVS PASSERIS LESBIAE.

Aſſer deliciæ meæ puellæ
p Qui cum ludere:quem in ſinu tenere:
Cui primum digytum dare appetenti
Et acris ſolet incitare morſus
Cum deſyderio meo nitenti
Charum neſcio quid libet iocari
Et ſolatiolum ſui doloris:
Credo:ut/quum grauis acquieſſet ardor/
Tecum ludere/ſicut ipſa/poſſem:
Et triſtis animi leuare curas:
Tam gratum eſt mihi:q̃ ferunt puellæ
Pernici aureolum fuiſſe malum
Quod zonam ſoluit diu ligatam:
Lugete o ueneres cupidineſque
Et quantum eſt hominum uenuſtiorum:
Paſſer mortuus eſt meæ puellæ:
Quem plus illa oculis ſuis amabat:
Nam mellitus erat:ſuamque norat
Ipſam tam bene:quam puella matrem:
Nec ſeſe a gremio illius mouebat
Sed circunſiliens modo huc modo illuc
Ad ſolam dominam uſque pipillabat
Qui nunc it per iter tenebricoſum
Illuc unde negant redire quenquam:
At uobis male ſit malæ tenebræ
Orci quæ omnia bella deuoratis
Tam bellum mihi paſſerem abſtultis
O factum male:o miſelle paſſer
Tua nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli tument ocelli.

Paſſeris Deploratio.

p Aſſer delicię meę puellę.Ex hoc carmie.Mar.hoc opus paſſerem appellari fortaſſe ſuſpicatus ẽ: in hoc aũt poeta leſbię paſſerẽ deflet : quem quanto maiori uoluptati fuiſſe leſbię oſtẽdit:puellã tanto acerbiore męrore affectã ex auiculę illius interitu ſignificat:Cõmendat prius paſſeris delicias:& iocos : deinde mortẽ eius fletu ac lamentationibus proſeqtur:mala multa imprecatus orci tenebris oia deuorantibus. Primum.pro primo aduerbiũ eſt aut certe appetẽti primũ ipſum digitũ quaſi ante oia digitũ appeteret:& ſic diſtinguendũ eſt:aut primum digitũ pro prima parte digiti : ut.Vir. primaq; uetãt cõſiſtere terra. & Terẽtius.lenoni eripuit meretricẽ i prima fabula : pro prima parte terrę & prima parte fabulę:Ordo eſt o paſſer delicię meę puellę libet nunc mihi iocari tecum ſcilicet deſiderio meo. Nitenti.nitido ſplendido & ob hoc grato nam quę nitent grata eſſe ſolent. Deſiderio. amore meo:nam amicę res charę ſunt amatori. Libet.mihi ſubaudi. Iocari neſcio quid charum. quendam paruum iocum exercere. Charum.ſcilicet mihi. Et ſolatiolum ſui dol.Senſus eſt:& credo hoc etiã ſolatium doloris leſbię:ut ego quoq; poſſem ludere tecum o paſſer ſicut ipſa olim ludere ſolebat. Solatiolum credo.ſ.quod ſequitur ut tecum ego poſſem ludere ſicut ipſa. Solatiolum ſui doloris.ſui pro eius poſuit ſatis improprie. Grauis ardor. diffinitio iracundię amatorię:nam amãtium irę facillime accenduntur:in amore enim hęc omnia ſunt uitia : iniurię ſuſpiciones inimicicię inducię bellũ pax rurſũ ut ait.Ter. Acqeſſet.reſtictus eẽt aduerſũ me pro acqeuiſſet:alii legũt acqeſcet futuri tẽporis qd minime probo. Et triſtis animi leuare curas.tã gratum eſt mihi : non enim ſolum credo id eſſe ſolatiolum eius doloris quod accipiet ex meis cum paſſere iocis:ſed etiã hoc mihi quoq; gratiſſimum eſt ſi leuauero puellę meę triſtes animi curas:poſſumus tamẽ alium afferre ſenſum. Solatiolum doloris.ideſt credo hanc unam eſſe meę puellę cõſolationem pro minuendo eius męrore ex paſſeris morte ſuſcepto:ſi poſſem tecum o paſſer ludere. Et grauis ardor.ideſt grauis męror ex paſſeris interitu proueniens. Aureolũ malum.apud ouidium hęc fabula latiſſime patet : quemadmodum hippomanes aureis malis a uenere acceptis atalantam puellam in curſus certamine deceperit ac uicerit : nuptiiſq; eius ſit potitus: Pernici . ueloci : nam pedum pernicitate multos iuuenes impigros ſuperauerat puella. Quod.malum aureum ex heſperidum hortis a uenere decerptum. Soluit zonã diu ligatam.uirginalẽ puellę pudicitiam tradidit hippomani ſolutam : Nam uirginalis puellarũ uenter pro pudicitię cuſtodia cingulo laneo cinctus ſeruabatur : nec licebat ſpõſo noua nupta potiri:niſi prius zonam illam ſoluiſſet:& hoc ẽ q feſtus inquit:cingulo noua nupta pręcingebatur:quod in lecto ſoluebat factum ex lana ouis:ut ſicut illa i glomos ſublata coniuncta inter ſe ſit : ſic uir ſuus ſecum cinctus:uinctuſq; eſſet hoc herculano nodo uinctum uir ſoluit ominis gratia:ut ſic ille felix ſit in ſuſcipiẽdis liberis:ut fuit herculanus:q ſeptuaginta liberos reliquit. Cinxia item iunonis nomen ſanctum habebatur in nuptiis:q initio coniugii ſolutio erat cinguli quo noua nupta erat cĩcta:alibi tibi uirgines zonula ſoluunt ſinus: alibi Quod poſſet zonam ſoluere uirgineam. Diu ligatã.uſq; ad nuptiarum tempus. Veneres. uenuſtates elegantię:nam uenus non ſolum amorum ſed etiam omnium elegantiarum dea eſt:ut ſcribit doctiſſimus porphyrion.oratius:ordinis hęc uirtus erit & uenus:ideſt decus:& uenuſtas. Mellitus.dulcis:iucundus.alibi Mellitos oculos tuos iuuenti. Puella.mea leſbia. Pipillabat.diminutiuum uerbum a pipo.as.uarro tamẽ in originibus latinę linguę inquit: Mugit bos:ballat ouis : hinnit equus:gallina pipat:ſed oui.diuerſa ſentiens ſcribit accipitres pipant:miluus hianſq; lipit:Cucurire ſolet gallus:gallina gracillat:papulat & pauo:truſat hirundo uaga. Ad dominam apud dominam: ad pro apud Virg.prima quod ad troiam pro charis geſſerat argis. Tenebricoſum.tenebricoſum hic legendum eſt:unde ſit tenebricoſiſſimum apud ciceronem in uatinium:item in.L.piſonem tu ex tenebricoſa popina conſul extractus cum illa ſaltarice cenſa ſenatum populi ro.occaſum interitumque lugere uetuiſti. Orci.ab urgendo dictus eſt orcus:& apud euripidem Deus infernus accipitur in alceſtide. O factum male o miſelle paſſer.hic uerſus per poeticam licentiam colliſionis regulam nõ ſeruat:quod rariſſime inuenies:niſi uocali longa pręcedente : ut inſulę ionio in magno : & te Coridon o alexi. Flendo turgiduli tument ocelli.hinc illud iuuenalis:Aut tibi cuius Turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos. Turgiduli ocelli.ſuper omnes poetas amauit Catullus diminutiuas uocabulorũ formas:ut ſupra ſolatiolum:aureolum miſelle.

## DE PHASELLO.

p Haſellus ille quem uidetis hoſpites
Ait fuiſſe nauium celerrimus
Neque ullius natantis trabis impetum

Phaſelli Dedicatio.

p Haſellus ille quẽ uidetis hoſpites iambico trimetro nauim qua ex bythinia uſq; p diuerſa maria ſyrmionẽ in patriã fuerat reuerſus Caſtori : ac polluci nautaꝝ tutelari ſyderi cõſecrat.laudãs phaſelli & celeritatem & nobili ex mõte originẽ. Phaſellus ille.melius maſculino genere q̃ fęminino. Ait.legendum eſt ſingulari numero non autem aiunt:ſoloeciſmus enim eſſet ne in pueris quidẽ ferendus. Celerrimus.ſic quoq; caſu ntõ legatur:nõ aũt celerrimũ ut imperiti uolũt:hęc aũt duo in hoc uerſu uerba octauo ſupiore ãno quũ catulli lectionẽ in patria primus publice profeſſus eſſem:ſic in hãc uerã lectionẽ correxi:ac reclamantibus inuidis:magis ratione q̃ opinione in hunc ſenſum adductus meam expoſitionem:ãtq; huius loci emendationem ſum tutatus cum reliquorum uerſuum in hoc epigrammate comprehenſorum capitibus omnibus a iambo inchoantibus:tũ neceſſaria Congruentis latinitatis Cõſequentia:lepidoq; maronis epigrammate:quod in ſabinum quendam ſcriptũ:ex hoc totũ pene ad uerbum effictum eſt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Neq; nequiſſe.ideſt quiuiſſe: lipto/tes eſt:& ſubaudias ait. palmulis.rē is pars pro toto. Linteo.uelo. Ne/gat negare.affirmat affirmare: Inge/nioſa liptotes. Cycladas.ἀπὸ τοῦ κύκλου.i.ab orbe:i quo mella plinio q; auctoribus diſpoſitę ſunt: quod a Seruio alioquin doctiſſimo grāmati/co negatum eſſe miror. Rhodum.a rhodo puella neptuni filia dicitur: ut ſcribit diodorus ſiculus: & eſt inſula: & urbs eodem nomine. Nobilē.no bilitatam ſolis coloſſo: quem ſtrabo iouis eſſe ſentit. Oratius laudabūt alii claram rhodon: Lucanus:claramque reliquit ſole rhodō:Martialis aut cla/ram rhodon aut libidinoſę. Horri/dā.aut propter frigora:aut certe belli coſam:& feram.Oratius otium bello furioſa thrace. Propontida. propō tis pars eſt maris:quod teſte Mella no ſtrum dicitur inter helleſpōtū.& boſ/poron protenſa. Trucem ue ponti/cum ſinum. ſupra boſporon thraciū ſeptentrionem uerſus eſt pontus euxi/nus :quem hic poeta trucem ſinū inge nioſe:ac perite dixit: Nam iucurius ē maxime ad arcus ſcythici formā bre/uis atrox nebuloſus raris ſtatiōibus ui cinus aquilonibus:& quia nō profun/dus eſt fluctuoſus:atque feruens olim ex colētium ſęuo admodum ingenio

Nequiſſe præterire: ſiue palmulis
Opus foret: uolare ſiue linteo
Et hoc negat minacis hadriatici
Negare littus inſulaſue cycladas:
Rhodumque nobilem: horridamque thraciam
Propontida trucemue ponticum ſinum:
Vbi: iſte poſt phaſellus: antea fuit
Comata ſylua: nam cytorio in iugo
Loquente ſæpe ſibilum edidit coma
Amaſtri pontica: & cytore buxifer
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait phaſellus: ultima ex origine
Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine:
Tuo imbuiſſe palmulas in æquore
Et inde tot per impotentia freta
Herum tuliſſe: leua ſiue dextera
Vocaret aura: ſiue utrunque iuppiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem
Neque ulla uota littoralibus diis
Sibi eſſe facta: cum ueniret a mari
Nouiſſime hunc ad uſque limpidum lacum.

axenus ideſt inhoſpitalis poſt commertio aliarum gentium mollitis aliquāto moribus dictus euxinus plura legito apud plinium libro ſexto. Cytorio in iugo. Cytorus ut ſolinus & plinius ſcribunt mons eſt paphlagonię apud amaſtri urbem buxo abundans: Strabo autem cytoron eſſe urbem olim ſyno/penſiū emporiū dictū a cytoro phryxi filio. Homerus libro iliados ſecūdo urbē eſſe hoc uerſu indicat οἳ ῥα Κύτωρον ἔχον καὶ Σήσαμον ἀμφενέμοντο. Comata ſylua.frōdoſa:uenuſta trāſlatio a ca pite humano: Oratius i epodo Diffugere niues: redeūt iā gramina cāpis arboribuſq; comę. Amaſtri pōtica.in paphlagonia poſt partheniū amnem auctore ſtrabone eſt amaſtris de Conditoris nomie ap pellata ea poſita in peninſula portum habet: Amaſtris fuit uxor dionyſii heraclię tyranni:& oxyartis filia fratris darii: qui cum alexandro bellum geſſit.plura legito apud ſtrabonē. Cytore buxifer. in amaſtriano enim agro plurima:atq; optima buxus naſcitur Virgi. Et iuuat undantem buxo ſpectare cytorum. Hęc tibi eſſe cognitiſſima.hęc quę dicta ſunt ſuperius de uelocitate phaſelli. Impoten tia.ad malum potentia:& uiolenta. Herum.me: Leua noxia Virg.& leuo contriſtat lumine cę/lum. Dextera.proſpera propitia Oratius in ſermonibus quum uellem mittere operto me capite in flumen dexter ſtetit aut Dextra ſiue leua.ideſt ab utroq; ueli latere Virg.in quinto pariterq; Sini/ſtros nunc dextros ſoluere ſinus. Iuppiter.aer Virg.Maturiſq; nimis metuendus iuppiter uuis. Ora/tius Manet ſub ioue frigido uenator tenerę coniugis immemor. Secundus.proſper Virg. Neptunus uentis impleuit uela ſecundis: a quibuſdam exponitur ſecundus iuppiter ideſt neptunus cuius regnum a ioue ſecundum eſt iuxta fabulam: Sic ſtatius ibo tamen pelagiq; deos dextramq; ſecundi Quod ſu/pereſt complexa iouis: Sed tamen aer non neptunus ſolet in uela incidere. In pedem. pars ueli: uel funis eſt Virgilius una omnes fecere pedem. Neque ulla uota littoralibus diis facta ſibi eſſe: magna Laus eſt ex Summa foelicitate fatali. Diis littoralibus. diis in littore templa habentibus: qua/les ſunt glaucus: nereus: Melicerta: neptunus Thetys: Caſtor & Polux. Hunc ad limpidum lacum benacum.gardę lacum in ueronenſi agro ſitum ingenioſe laudat. Limpidum.clarum ſplendidum.

Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Senet quiete: ſeque dedicat tibi
Gemelle caſtor: & gemelle caſtoris.

Recondita quiete.cōpoſito & col locato otio. Senet.conſeneſcit i qe te: Seneo primitiunm unde ſeneſco. Senet.phaſellus dicatus caſtori & pol luci a nauigatione emeritus: Caſtor & pollux in geminorum ſydus tranſlati ferũtur nauigantibus propitii: unde Martialis.& gratum nautis ſydus fulgere laconum: Oratius claræ tyndaridę ſydus ab infimis quaſſas eripiunt ęquoribus rates: horum fabulam in faſtis ouidius late cō ſcripſit: Hyginus uero plura q̄ ouidius & alia multa de his geminis latius tradidit: Cur autē gemini na uigātibus pręſint ac faueant legito apud diodorū libro quinto.

## AD LESBIAM.

u Iuanus mea leſbia: atque amemus:
Rumoreſque ſenum ſeueriorum
Omnes unius æſtimemus aſſis:
Soles occidere: & redire poſſunt:
Nobis cum ſemel occidit breuis lux:
Nox eſt perpetua una dormienda:
Da mi baſia mille: deinde centum
Dein mille altera: da ſecunda centum
Dein uſque altera mille: dein centum
Dein cum milia multa fecerimus
Conturbabimus illa: ne ſciamus
Aut nequis ma'us inuidere poſſit
Cum tantum ſciat eſſet baſiorum:

Ad leſbiam.

u Iuamus mea leſbia atque ame/mus. leſbiam amicā ſuam hor/tatur ut contemptis ſeueriorum homi num increpationibus in iuueniles amo res concitatis det operam uoluptati: dum uita & tempus permittit amoris occaſionē. Viuamus.epicureo mo re ait uiuamus: epicurei enim ueram ui tam in doloris atq; curarum uacuita/te ac uoluptatis plenitudine poſuerūt hanc uitam ſolam ac ueram putat ubi q; Martialis: Cicero in primo de natu ra deorum ex epicuri uerbis inqt: Nos autem beatam uitam i animi ſecurita/te & in omni uacatione munerum po/nimus. Talis eſt oratii exhortatio ad amicam: miſerarum eſt neq; amori da re ludum neq; dulci mala uino lauere: aut exanimari metuentes patruę uer/bera linguę. Vnius aſſis. pro mini/mo ptio poſuit. Nox ē ppetua una dormienda. ſic tibullus mortis mētiōe facta ſuadet amorꝫ occaſionē eē rapiēdā iterea dū fata ſinūt iūgamus amores iā ueniet tenebris mors adoperta caput.& propertius quum ſemel infernas intrarunt funera leges Non exorato ſtant adamā te uię. Aut nequis malus inuidere poſſit.ait baſiorum numerum multiplicatione eſſe confundendū ne cognito numero inuidus aliquis ea faſcinare poſſit: fertur enim in faſcinis tantummodo uim eſſe: quum rem certam & cognitam ueneficio illo contaminare contendant. Hic martialis nolo quot ar guto dedit exorata catullo leſbia pauca cupit qui numerare poteſt. Soles.dies an tangit epicureo/rum opinionem: qui putarunt multos fieri & naſci ſoles plinius etiam multos ſoles uiſos fuiſſe tradit. Breuis lux.lucem pro uita: ut uirg.lucemq; peroſi proiecere animas. Breuis.quid enim uita hu/mana breuius? unde cicero in tuſculanis quę uero ętas longa eſt? aut quid omnino homini longum? nō ne modo pueros modo adoloſcentes in curſu a tergo inſequens nec opinantis aſſecuta eſt ſenectus? Nox perpetua: uir. olli dura quies oculos & ferreus urget ſomnus in ęternā claudūtur lumia noctē.

## AD FLAVIVM.

f Laui delicias tuas catullo
Ni ſint illepidæ: atque inelegantes
Velles dicere nec tacere poſſes:
Verum neſcio quid febriculoſi
Scorti diligis: hoc pudet fateri:

Ad flauium.

f Laui delicias. flauii familiaris ſui illepidos & ineptos in quod/dā ſordidū ſcortū amores redarguēs hortat eundē ut ſibi amorꝫ ſuorꝫ noti tiā faciat: quoniā ipſū flauiū & eius a/micā laudibus ad cęlū efferre cupit po eta. Flaui delicias.ſēſus: niſi illepidā & fędā amicā poſſideres mihi diceres nec tacere poſſes: ſed qa cū ſordido at q; ęgroto ſcorto dormis: propterea pudet te tuas has ieptias amorū fateri. Illepidę.turpes deformes Delicias.delicatā amicā. Inelegātes.uulgares ſordidę. Verū neſcio qd febriculoſi ſcorti diligis. elegāter procedit catullus duplici entymemate probās flauiū & amore & illepida muliere potiri: q; ille pidā teneat amicā ratio eſt: quoniam niſi eſſet illepida eam non occultaret: q; aūt hēat ſcortū lecti ar/gutatio & ſtrepitus indicāt planiſſime. Neqcq; tacitū.nō tacitū: neqcq; pro nō: pſius neqcq; fundo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Nam te non uiduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat
Sertiſque aſſyrio flagrans oliuo
Puluinus peræque & hic & illic
Attritus: tremulique quaſſa lecti
Argutatio: inambulatioque:
Nam ni præualet iſta: nil taceres.
Cur non tam latera exfututa pandas?
Nec tu quid facias ineptiarum:
Quare quicquid habes boni malique
Dic nobis: uolo te ac tuos amores
Ad cœlum lepido uocare uerſu.

Suſpiret nũmus in imo: uirg. & ſũmo clypei nequicq; umbone pependit.

Aſſyrio oliuo. unguento ſeu odore amomi: amomum enim eſt aſſyriç peculiare: ex quo fit optimum unguentũ unguenta uero ut ſcribit plinius optie ſeruantur in alabaſtris: odores autem i oleo. Attritus hic & illic. ideſt duobus in locis duorum corporum preſſu illiſus: quod ſignum eſt te non ſolũ iacere noctu. Perçq;. çque per abũdat. Argutatio. ſtrepitus reſonãs concuſſio. Nam. pro igitur & ẽ cõcluſio ab antecedẽtibus. Iſta. ratio ſcilicet ſupradicta: iſta autem eſt dialecticorum frequens terminus: frequenter enim uſurpãt pono tibi iſtam: probo iſtam & pleraq; alia huiuſmodi.

Exfututa. coitu exhauſta: uam nimius coitus laterum debilitatem atq; illium dolores parere conſueuit & in ſenibus pręſertim: unde iuuenalis Quod lateri parcas nec q̃tum iuſſit anheles. Verſu. carminibus meis: hoc exemplum eſſe poteſt uerſum ſingulari numero ſignificare etiam plura carmina.

## AD LESBIAM.

qVæris quot mihi baſiationes
Tuæ leſbia ſint ſatis ſuperque
Quam magnus numerus libyſſæ arenæ
Laſerpiciferis iacet cyrenis
Oraclum iouis inter æſtuoſi:
Et batti ueteris ſacrum ſepulchrum:
Aut q̃ ſydera multa cum tacet nox

Ad leſbiam.

q Vęris quot mihi baſiationes. Amatorie petit ab amica inumerabiles baſiationes: ut multiplicium oſculorum confuſio incomprehenſibilis contra faſcinationes amantibus tutam ſecuritatem pręſtet. Sint ſatis ſuper q;. ſufficiant mihi. Quã magnus numerus libyſſę harenę laſerpiciferis iacet cyrenis. hoc dicit q; infinitus eſt numerus harenę libycę in mauritania apud amonis oraculum: tam infinita etiam eſt baſiorum quę ex te opto multitudo: hinc illud uirg. ait libyci uelit ęquoris idem dicere q; multę zephyro turbentur arenę. Martialis item baſia da nobis diadumene preſſa: quot inquis oceani fluctus me numerare iubes. Cyrenis laſerpiciferis. Cyrenas condidit ariſtęus: qui battus ob linguę obligationem dictus fuit: urbem autem cyrenen uocauit a nomine puellę hiſperi theſſalię regis filię ab apolline in ea loca deportatę: atq; quattuor ibi ex apolline filios olim enixę legito plura apud iuſtinum. Cyrenis. & ſingulariter & pluraliter declinatur huius urbis nomen apud ſtrabonem iuſtinũ plinium. Laſerpiciferis. in cyrenaico agro locus eſt ſtadiorum quattuor producens precioſiſſimę ac medicinis optimę herbę genus: laſerpicium latini greci uero ſilphion uocant: ſucus eius laſſer foliũ aũt maſpetum dicitur: Suci duo genera alterum ex radice rhizias alterum ex caule caulias appellatum huius herbę folia apio maxime ſimilia: plura legito apud plinium libro. xix. publicani ob uectigalium auariciam pro pecorum paſcuis: id herbę genus depaſcendo perdiderunt: ut idem plinius ſcribit: ſtrabo aũt a barbaris nomadibus ob inuidiã in id icurſantibus penitus deletũ ſentit. Oraclũ iouis iter ęſtuoſi. iouis Amonis tẽplũ apud garamãtas a libero patre cõditũ ẽ i torrida libya: uel ab arenis: i qbus ſitũ ẽ uel ab amone paſtore ut ſcribit hyginius ex hermippi auctoritate appellatũ amonis iter ſeptẽ mirabilia mũdi ędificia receſeť. cuius excellẽtiã atq; oraculi pſtãtiã cũ multi poetę tum pſertim. Qu. curtius atq; lucanus elegantiſſime ſcripſerunt: Sed accumulatiſſime curtius. Martialis de hoc diſſimuletq; deum cornibus ara frequens. Iouis ęſtuoſi. iouis ãmonis cuius templum eſt in medio arenarum ritu maris ęſtuantium: Nam ut lucanus in nono eleganter ſcribit his in aridis locis arenę cumuli in modum marinorum fluctuum a uentis concitantur: hunc locum hammodem appellatum hyginius tradit. Iouis ęſtuoſi. id quod eſt loci ad perſonã tranſtulit. Batti. qui cyrenarum conditor fui: hũc callimachus progenitorem ſuum fuiſſe ſcripſit: Inde a papinio & catullo battiades dictus eſt.

Furtiuos hominum uident amores
Tam te baſia multa baſiare:
Veſano ſatis: & ſuper catullo eſt:
Quæ nec pernumerare curioſi
Poſſint nec mala faſcinare lingua.

## AD SE IPSVM LESBIAE REPVDIVM.

Iſer catulle deſinas ineptire
Et quod uides periiſſe: perditum ducas.
Fulſere quondam tibi candidi ſoles
Cum uentitabas quo puella ducebat
Amata nobis: quantum amabitur nulla:
Ibi illa multa tum iocoſa fiebant
Quæ tu uolebas: nec puella nolebat
Fulſere uere candidi tibi ſoles:
Iam nunc illa non uult: tu quoq; impotẽs es:
Nec quæ fugit ſectare: nec miſer uiue
Sed obſtinata mente perfer: obdura:
Vale puella: iam catullus obdurat:
Nec te requiret: nec rogabit inuitam
At tu dolebis: cum rogaberis nulli
Sceleſta te ne? quæ tibi manet uita?
Quis nunc te adibit? cui uideberis bella?
Quem nunc amabis? cuius eſſe diceris?
Quem baſiabis? cui labella mordebis?
At tu catulle obſtinatus obdura.

## AD VERANNIVM.

Eranni omnibus e meis amicis
Antiſtes mihi milibus trecentis
Veniſti ne domum ad tuos penates?
Fratreſq; unanimes: tuamq; matrem
Veniſti: o mihi nuncii beati:
Viſam te incolumem audiamq; iberum

Furtiuos hominũ uidẽt amores. Iuuenalis hic illud: Sed luna uidet: ſed ſydera teſtes Intendunt oculos. Veſano maleſano ob amoris impotentiã poſſit nec mala faſcinare lingua nam (ut ſupra meminimus) cõſtat ueneficia faſcinationeſq; tãtum nocere his rebus: quarũ cognitionẽ ueneficus aut faſciator habeat: qđ & ſupiori tertio epigrãmate: & hic aptiſſime indicat poeta.

Repudium leſbię.

Iſer Catulle deſinas ineptire. Leſbię puellę ſuę repudium atq; ultimum uale mittens ei deſolatę: atq; in miſeria uicturę inſultat: primum ſe ipſum ad deſerendam puellam hortať: Deide repudiũ Indicit: poſtremo amicę deſtitutę miſeriis inſultat: Miſer. q amant miſeri ſũt. Vir. Sed miſera ãte diem ſubitoq; accenſa furore. Quod uides periiſſe. tempus ianem laborem inutile ſtudium amoris: Quõdam. dũ puella tua potiebaris. Candidi ſoles. ſoelices dies: qui lapillo albo notanť: unde contra infoelices dies appellanť atri: ut feſtus: ſeruius: uarro teſtantur. Quoq;. pariter. Impotens. impatiens & non tolerans puellę faſtus & infinita tedia: Nec quę fugit. ordo eſt nec ſectare illam: quę te fugit: nec uiue miſer: ſed illam deſere: ac uiue quietus & foelix ſine amorũ moleſtiis: Obdura. quod maius eſt q; perferre. At tu dolebis. inſultat puellę miſeriis: Bella. facilis aut pulchra: ut Martialis Bellus homo inflexos qui dirigit ordine crines.

Ad Verãnium.

Erãni omnibus e meis amicis. uerãnium familiarem ſuum Catullus humaniſſime alloquitur ac amiciſſime percontať de illius ex hiſpania reditu in patriam: optans & pñtiam & confabulationem amici: hic enim uerannius & fabullus cum. C. Piſone q̃ſtore in hiſpaniã profecti fuerant: Vt latius diceť in epigrãmate piſonis comites cohors inanis: Omnibus e meis amicis mihi milibus trecentis. Ordo ẽ uerani antiſtes e meis oibus amicis trecentis milibus: Nam ſi conuertas: caſus mutabiť Sequens ſic antiſtes e trecentis milibus oium meorũ amicorũ: nec aliter recta latinitas poſſet procedere: unde illud i ſacris litteris male cõgrueret duodecim milia ſignati: niſi p anaſtrophem prolatum itelligas: ut ordo ſit ſignati duodecim milia: aliter icõgruũ ſit pro duodecim milia ſignatorũ ſcilicet hominũ: Antiſtes. priceps laus amicitię ab excellẽtia & pricipatu beniuolẽtię: Veniſti ne domũ. ſcilicet ex hiſpania ubi fuiſti cum piſone queſtore: atq; inde mihi ſudaria ſetaba miſiſti: ut paulo infra diceť alio i epigrãmate: Vnanimes. nõ ſolũ ab amicitia ſed etiã a fraterna pietate laudat uerãnium: Nuntii. hic nũtius & hoc nuntiũ diciť res quę nuntiať: ut paulopoſt probabimus in atynis fabula: Beati. ab effectu facientis me beatũ. Iberum. fluuius hiſpanię ẽ: iberes teſte ſtrabone ſunt oriẽtis populi: unde uenerunt priſci hiſpanię icolę



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

q iberi dicti ſunt & ide fluuius & prouintia dicuntur. Sed orientales tertię ſunt declinationis: hiſpani uero ſecundę. Facta. tua ſcilicet. Nationes. triplex enim potiſſimum eſt hiſpanię natio: & triplex diſtinctio: alia enim pars taraconenſis a taracone urbe: in qua parte ſunt celtiberi: natio quidem gallica ſed mixto nomine: alia betica a beti flumine: tertia luſitania a luſitanis natione ſic dicta. Applicanſq; collum. Terentius aliter hoc uerbum applico cum prępoſitione. Tum ille egens forte applicat primum ad chryſidis patrem.

Narrantem loca: facta: nationes:
Vt mos eſt tuus: applicanſque collum
Iucundum os oculoſque ſuauiabor:
O quantum eſt hominum beatiorum
Quid me lætius eſt: beatius ue?

De Meretriculę impudentia.

u Arrus me meus ad ſuos amores. uarri amici ſui amores meretricios facete deſcribens impudentem meretricum petitionem lepide oſtendit: ait enim ſe a uarro amico e foro ad amicam uiſendam deductum poſt multa uerba de bithynicis & locis & magiſtratibus habita inſidioſis meretricis precibus ac petitionibus pene deceptum: quum illa ſub mutui nomine callide ſeruos a catullo petere non erubuerit. Varrus. ea ętate duos uarros fuiſſe multi nominis ſimilitudine decepti crediderũt: ſcilicet quintilium uarrum poetam cremonenſem oratii atq; uirgilii familiarem: ſed hic uarius dictus eſt: qui poſtea uirgilii eneida emendandam mandante auguſto ſuſcepit: q̃q; apud euſebium corrupte legitur uarrus pro uarius: huius meminit porphyrio: uirgilius ſed neq; iam uario uideor neq; dicere cinna digna. Alterum uero uarrum ducem ad quem uir. in bucolicis ſcribit ſic uarre tuum nomen ſuperet modo mantua nobis Cantantes ſublime ferent ad ſydera cygni: hinc ſeruius ſcribit: uarius poeta fuit de quo Ora. ſcribens uario fortis & hoſtium uictor: uarrus autem fuit dux. Quid eſſet iam bithynnia quõ ſe haberet. bithynniam aſię prouintiam ab oriẽte paphlagones: & mariandyni terminant populi a ſeptentrione mare ponticum habet ab occidente propontis eſt: ad auſtrum miſia & phrygia ſunt confines: dicta bithynnia a thynnis & bithynnis thracia natione: qui ex thracia in eam quę prius bebricia dicebat̃ trãſgreſſi regioni occupatę a ſe nomen dederunt ſiue a rege bithynno denominata eſt: bithynnia uero cõdita fuit a phęnice: primũ mariandyna uocabatur: hęc ex euſebio: ſolino atq; ſtrabone auctoribus.

Profuiſſet. ſcilicet bithynnia. Aere. ſtipendio memmii prętoris mei quo cũ illuc profectus fueram. Cohorti. prętorię ſcilicet. Cur quiſq; caput unctius referret. ideſt nullam nobis fuiſſe pecuniam ex qua lautius aut delicatius uiueremus: nam lauti: & delicati homines unguentis odoribuſq; caput ſibi colliniunt: unde oratius ungere ſi caules oleo meliore caputq; cęperis in pexa fędũ porigine. Martialis ſi ſapis aſſyrio ſemp tibi crinis amomo ſplendeat & cingãt florea ſerta caput. Irrumator. libere in romanorum prętorum mores inuehitur: qui clientes aut comites ſuos ſtuprarent: ac cinędis auari nihil tamẽ conferrent ſic [illegible]deuolus de his apud Iuuenalem conqueritur. Quod tamen ulterius monſtrum q̃ mollis auarus. Facerent pili. anaſtrophe eſt: nam pilifacio eſt paruifacio: & catulli ſermo patrius gardẽſis enĩ regio ĩ qua omnia benaci oppida nos ueronenſes recenſemus ſic loquũtur ut in frequenti ſermone pilum uſurpent: & dicant pro quaq; re minima: cuius rei ego his in locis plurimum uerſatus certiſſimum affero teſtimonium pręſertim patris mei iiſdem ex locis oriundi ſermone mõitus: ſic catullus alibi. Ludere hãc ſinit ut lubet nec pili facit uni. Aere. pecunia quę apud romãos ſeruio tullio regnãte

DE VARRO.

Arrus me meus ad ſuos amores
u Viſum duxerat e foro ocioſum
Scortillum: ut mihi tum repente uiſum ẽ
Non ſane illepidum: neque inuenuſtum:
Huc ut uenimus incidere nobis
Sermones uarii: in quibus quid eſſet
Iam bithynia: quomodo ſe haberet:
Et quonam mihi profuiſſet ære:
Reſpondi id quod erat mihi nec ipſis
Nec prætoribus eſſe: nec cohorti
Cur quiſq̃ caput unctius referret:
Præſertim quibus eſſet irrumator
Prætor: non facerent pili cohortem:
At certe tamen inquiunt: quod illic
Natum dicitur ære comparaſti
Ad lecticam hominis: ego ut puellæ

Vnum me facerem beatiorem:
Non inq̃ mihi tam fuit maligne
Vt ꝓuintia quæ male incidiſſet
Non poſſem octo homines parare rectos:
At mihi nullus erat nec hic neq; illic
Fractum qui ueteris pedem grabati
In collo ſibi collocare poſſet:
Hic illa ut decuit cinædiorem
Quæſo inquit mihi mi catulle paulum
Iſtos commoda: nam uolo ad ſerapin
Deferri: mane tum inquio puellæ.
Iſtud quod modo dixeram me habere
Fugit me ratio: meus ſodalis
Cinna eſt grauis. is ſibi parauit.
Verum utrum illius: an mei: quid ad me?
Vtor tam bene: q̃ mihi pararem:
Sed tu inſulſa mala & moleſta uiuis
Per quam non licet eſſe negligentem.

Aere ſignata eſt pecudis imagie ut ſcribit plinius. Beatiorem. ditiorem: ut Iuuenalis uetulę ueſica beatę: Oratius Quęritur argento puerisq; beata creandis uxor. Rectos. proceros: altos Iuuẽalis quas recto uertice portat ſeruulus infelix. Octo homines. ad lecticam octophoron. Pedẽ fractũ. aſſerem lecticę: partem pro toto poſuit. Grabati. lecti uiliſſimi. Veteris. ad rei contemptum dixit: ut Terentius uetus uietus ueternoſus. Cinędiorem. molliorem impudiciorem.

Quęſo inquit o mihi. Ordo ẽ: puella inquit mihi o mi catulle quęſo accõmoda iſtos mihi. Sarapin. ęgyptiorum deus maximus aliis uocabulis appellatus oſiris Horus diuerſis cęrimoniis ſol apud illos ſignificatur: Legito macrobiũ libro primo: huius autem dei templũ & cęrimonias romani recęperunt: Lucanus. In romana tuam nos templa recępimus iſim: Semideosq; canes: nam & ſarapidis ſimulacrum canino lupino atq; leonino capitibus figurabatur ad huius igit̃ dei templũ romę ſe deferri uelle dicebat puella. Inquio. dico: alii legunt inquii prętoritum antiquum ab inquio.

Mane. expecta uerba catulli monentis puellam ne tam cito poetę uerba impudenter dicta capiat pro ueris & mane breui poſteriore dixit a tertia coniugatione: ut ipſe alibi caue a tertia breuem protulit Oramus caue deſpuas ocello. Cinna. cornelius cinna epigrãmatũ auctor de quo naſo inquit. Cina quoq; his comes eſt cinnaq; procatior anſer. Grauis. ęgrotus. Inſulſa. inſuauis inſipiẽs ſine ſale hoc ẽ ſine ſuauitate ac condimento ſapientię atq; leporis. Negligentem. ſcilicet in loquendo: nam inſulſa es & ſtulta quia non putas multa dici ac fingi ad iactationem: Sed tanq; uera dixerim a me ſeruos exigis: inſulſa es igitur.

Ad furium & Aurelium.

AD FVRIVM ET AVRELIVM.

f Vri & Aureli comites catulli
Siue in extremos penetrabit indos
Longe ubi littus reſonante eoa
Tunditur unda:
Siue in hircanos: arabaſq; molles:
Seu ſacas: ſagittiferoſq; parthos:

Vri & aureli comites catulli. per furium & aureliũ comites ac ſodales ſuos poeta diuortiũ puellę ſuę indicit. laudat prius arctiſſimam ſecum ſuorum ſodalium amicitiã ut eos minime pigeret comitari catullum ſuũ uſq; ad ultimas & periculoſiſſimas mundi regiones: uerſus autẽ ſaphicus notiſſimus habetur: hic eſt ille marcus furius cognomẽto bibaculus inter iambicos auctores a quintiliano numeratus: cuius euſebius meminit ſcribens eum cremonę natum fuiſſe: de hoc Oratius ait furius hybernas cana niue conſpuit alpes. Penetrabit. catullus de ſe loquitur in tertia pſona. Extremos. in ultimo oriente poſitos. Eoa unda. orientali oceano. Hircanos. hircania ab oriente ſeptentrionem uerſus extenditur. Arabs. arabia in meridiem extẽſa duplex fertur eudemon & petrea ideſt foelix & deſerta: plura legito apud ſolinum: mellam: alioſq; coſmographos. Molles. propter cęli temperiem nam (ut ait lucanus) Quicquid ad eoos tractus mundiq; tepores naſcit̃: emollit gentes clęmentia coeli. Aut molles. effoeminatos: uirg. molles ſua thura ſabęi. Sacas. ſcythę a caſpio mari incipientes magna ex parte Daę appellantur: qui orientaliores ſunt maſſagetę dicuntur & ſacę: Strabo hęc: plinius aũt ſcribit: ultra ſunt ſcytharũ populi perſę illos ſacas uniuerſos appellauere: a proxima gente celeberrimi eorũ ſacę Maſſagetę: parthi uero ſcythis cõterminati iter ſeptẽtrionẽ: & orientẽ extenduntur a ſcythis oriundi: ac lingua ſcythica exules dicuntur parthi ut ſcribit iuſtinus.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Siue qua ſeptemgeminus colorat
Aequora nilus:
Siue trans altas gradietur alpes
Cæſaris uiſens monumenta magni
Gallicum rhenum: horribiles & ulti
Moſq; britannos:
Omnia hæc quæcunq; feret uoluntas
Cælitum tentare ſimul parati
Pauca nunciate meæ puellæ
Non bona dicta:
Cum ſuis uiuat: ualeatq; mœchis
Quos ſimul complexa tenet trecentos
Nullum amans uere: ſed identidem omnium
Illia rumpens:
Nec meum ſpectet uelut ante amorem
Qui illius culpa cecidit: uelut prati
Vltimus flos: prætereunte poſtq̃
Tactus aratro eſt.

Septégemius. tota una dictio: egyptum autem intelligit: quá nilus i ſepté alueos diuiſus ꝯmeat. uir. et diuerſa ſonás ſepté diſcurrit i ora: & uiridé egyptũ nigra fecundat harena: Item in ſexto & ſeptemgemini turbant trepida hoſtia nili. Colorat. denigrat limo: quem plurimum uehere fertur: ná ideo nilus quaſi νέα ἒιλισ: q̃ſq; diodorus a nilo rege denominatum arbitratur. Monumenta caſtrorum munitiones: quas cõtra gallos ſepiſſime rebellantes extruxit: quarũ meminit ipſe ceſar in cõmentariis & ſuetonius: aut monuméta ideſt trophea & alia ſigna uictoriarũ ceſarianarũ: que ipſe ceſar extruxit. Rhenũ. rhenus fluuius germánias a gallia diſterminat. Gallicũ. ad differentiam rheni fluminis: qui p bononienſem agrum fluit: de quo ſilius i. viii. ait o cui priſca domus parui ꝗ; bononia rheni: defertur autem i padum: plinius libro. xvi. nullus ſagittis aptior calamus q̃: in rheno bononienſi amne. Britannias. inſula britannia ut mella & plinius tradũt inter occidentem & ſeptentrionem porrigitur: hec inſula nunc anglia dicitur: priſcis temporibus olbion nominata. Horribiles. aſperos icultos: nã británie populi ſunt iculti omnes ac corpora iufecti: plurima de horum moribus mella tradit & ceſar quinto belli gallici cõmentario: Oratius uiſam britannos hiſpitibus feros. Vltimoſq; britannos. temeſin fecit duos in uerſus unam dictionem diſtinguens. Omnia hec. ſupradicta loca. Celitum uoluntas. ſecundum ſtoicos: qui putant omnia dei prouidentia fieri. Trecentos. finitus numerus pro infinito. Trecentos complexa nullum amans uere. Nullum uero amore proſequés ſed omnes falſis blandiciis detinens: quod meretricum eſt. Rumpens illia. nam ut ſupra dictum coitus frequétia illium dolores contrahit. Culpa. leſióe. Velut prati ultius flos. flos poſitus in ultia prati margine: & eſt lepida ſimilitudo ad demonſtrandam ſui amoris pulchritudinem extinctam: hinc illud uirg. in nono ductum. purpureus ueluti quum flos ſucciſus aratro langueſcit moriens.

## AD MARRVCINVM ASINIVM.

m Arrucine aſini manu ſiniſtra
Non belle uteris: in ioco atq; uino
Tollis lintea negligentiorum:
Hoc falſum eſſe putas: fugit te inepte
Quamuis ſordida res: & inuenuſta eſt:
Non credis mihi: crede pollioni
Fratri: qui tua furta uel talento

Ad Marrucinum.

Arrucine aſini máu ſiniſtra. Marrucinũ aſinii polliõis fratrem ſudariorum furem monet: ni ſibi reddat ſudarium: quod ipſi in conuiuio abſtulit: ſe furta illius trecentorũ uerſuũ criminatione ulturum: quia nõ poteſt niſi ualde ac neceſſario amare id ſudarium ſibi ab amiciſſimis donatũ. Marrucine. marrucini populi ſunt campanie iuxta pelignos & ueſtinos: ut ſtrbo & plinius tradiderunt: hic aũt marrucinus fuit aſinii pollionis oratoris atq; poete frater. Aſini. eſt uocatiuus cognominis: nam polliõis domus aſinii dicti ſunt. Non belle. male. In ioco atq; uino. in iocoſo cõuiuio: uinum pro conuiuio: Oratius. uino & lucernis medus acinacis immane quantum diſcrepet. Fugit te. ſcilicet ratio: hoc eſt inſanis ſi putas me falſum dicere. Sordida res é. ſcilicet furari litea. Pollioni fratri. ſcilicet tuo cui multa furto abſtuliſti: de hoc aſinio pollione Quintilianus ſic ſcribit. Multa in aſinio pollione inuenio ſumma elegantia: adeo ut quibuſdam etiá nimia uideatur & cõſilii & animi

Mutari uelit: eſt enim leporum
Diſertus pater: ac facetiarum:
Quare aut endecaſyllabos trecentos
Expecta: aut mihi linteum remitte
Quod me non mouet æſtimatione:
Verum eſt μνημόσυνον mei amoris:
Nam ſudaria ſethaba ex iberis
Miſerunt mihi muneri fabullus
Et uerannius: hoc amem neceſſe eſt
Et ueranniolum meum & fabullum.

uatis: a nitore & iucunditate ciceronis ita longe abeſt ut uideri poſſit ſecundo prior: hunc oratius tragoediarum ſcriptorem fuiſſe teſtatur: unde uirgilius pollio & ipſe facit noua carmina: & alibi: Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno. Mutari. poſſe redimi: mutari dixit ex antiqua conſuetudine nam temporibus primis omne mercimonium: emptio: uenditio rerum commutatione cõſtabat: ut ſeruius georgicorum tertio dixit: & inſtituta de emptione & uenditiõe: perſius Mercibus hic italis mutat ſub ſole recenti rugoſum piper: Emere autem & uendere inſtituit liber pater ut teſtatur plinius. Eſt enim diſertus pater leporum. pollionis eloquentiam laudat Quintiliano aſtipulans. Endecaſyllabos. Verſus phaleucius a phaleuco inuentore: endecaſyllabus a ſyllabarum undecim numero dictus eſt: In hoc carminis genere plurimum gratie ac uenuſtatis habuit catullus. Verum eſt mnemoſynon mei ſod. μνημόσυνον dicitur Memoriale: Siue monumentũ: munus enim a fabullo &ueranio datum eſt catullo monumentum: & pignus amoris: uirg. accipe & hec tibi q̃ manuum monumenta mearum ſint puer & longum Anodomache teſtentur amorem. Setaba. Sudaria: ſiue lintea ſetabina: nam (ut ſtrabo eſt auctor) ſetabis hiſpanie urbs eſt: in cuius agro campus eſt nominatus ſpartarius a ſparto lini genere: plinius autem ſcribit & hiſpania citerior habet ſplendorem lini precipuum torrentis in quo politur natura: qui alluit taraconem. Iberis. iber hiſpanie populus: Lucanus. ſi tibi durus iber: uel ſi tibi terga dediſſe cantaber.

## AD FABVLLVM.

c Oenabis bene mi fabulle apud me:
Paucis ſi tibi dii fauent diebus:
Si tecum attuleris bonam atq; magnam
Cœnam non ſine candida puella.
Et uino: & ſale: & omnibus cachinis:
Hæc ſi inq̃ attuleris uenuſte noſter
Cœnabis bene: nam tui catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum:
Sed contra accipies meos amores:
Seu quod ſuauius: elegantiuſue eſt:
Nam unguentum dabo quod meæ puellæ
Donarunt ueneres cupidineſq;:
Quod tu cum olfacies deos rogabis
Totum ut te faciant fabulle naſum.

Ad fabullum.

c Oenabis bene mi fabulle apud me. ad coenam fabullum ſibi familiaré iocoſe inuitans facete monet ſecũ afferat cũ amica coene opipare apparatũ ſi cõmode coenare deſyderat: ſimulq; poeta ſue rei familiaris egeſtatem excuſat: promittens ſuaue cõuiuii unguentũ ac gratioſi animi amiorem atq; hilaritatem conuiuatoris. Paucis diebus. breui tempore. Vino. quod mihi non eſt niſi uappa. Sale. ſalibus facetis: ſingularis pro plurali. Non ſine candida puella. pro epicureo conuiuio: quod omnium uoluptatum generibus celebratur. Martialis ad liberum: & caleat bládo mollis amore torus: Item de unguéto: quo diſcubituri perungebant capita: Si ſapis aſſyrio ſemper tibi crinis amomo ſplendeat: & cingant florea ſerta caput: & de optimo uino: Cádida nigreſcant uetulo criſtalla phalerno. Sacculus. promus ideſt promptuaria cella. Plenus eſt aranearum eleganter: & facete ab effectu: & conſequentibus pauperiem & egeſtatem ſuam expreſſit. Meos amores: beniuolum: & hilarem conuiuatoris animum ut Ouidius: ſuper omnia uultus acceſſere boni: Alii legunt. Meros amores. hoc eſt

purum & non fictum animum conuiuatoris. Veneres.amores aut elegantię:nam & uenus elegan/tiam ſignificat:ut diximus. Olfacies.odoraberis. Totum ut te faciant fabulle naſum.Iocoſe ac face te dictum.

## AD CALVVM POETAM.

n I te plus oculis meis amarem
Iucundiſſime calue: munere iſto
Odiſſem te odio uatiniano:
Nam quid feci ego: quid ue ſum locutus
Cur me tot malis perderes poetis?
Iſti dii mala multa dent clienti
Qui tantum tibi miſit impiorum:
Quod ſi ut ſuſpicor hoc nouum ac repertum
Munus dat tibi ſillo litterator:
Non eſt mi male: ſed bene ac beate
Quod non diſpereunt tui labores:
Dii magni horribilem & ſacrum libellum
Quem tu ſcilicet ad tuum catullum
Miſti continuo: ut die periret
Saturnalibus optimo dierum.
Non nō hoc tibi falſe ſic abibit:
Nam ſi luxerit ad librariorum
Curram ſcrinia: cæſios: aquinos
Suphenum: omnia colligam uenena:
Ac te his ſuppliciis remunerabor:
Vos hinc interea ualete: abite
Illuc: unde malum pedem attuliſtis
Sæcli incommoda peſſimi poetæ.
Si qui forte mearum ineptiarum
Lectores eritis: manuſque ueſtras
Non horrebitis admouere nobis.

Ad licinium caluum.

n I te plus oculis meis amarem. Conqueritur de Inhumanitate calui:qui ſaturnalibus pro xeniis muneribus catullo flagioſiſſima quorundam maledicorum poetarum carmia miſerat:minatur itaq; catullus ſe parem caluo malis carminibus gratiā relaturum. Iucundiſſime calue.duos ea ętate caluos nomine fuiſſe Cōperio:alterum licinium caluum poetā cuius meminit oratius nil preter caluum & doctū cantare catullū:& ouidius par fuit exigui ſimiliſq; licētia calui:hic enim tenui carmine quintiliam amicam defleuit:proptius: hęc etiam docti confeſſa eſt pagina calui quum caneret miſerę funera quintilię:de poeta hic intelligit catullus: alterum uero caluum fuiſſe oratorem apud quintilianum legimus:de quo plinius libro xxxiii.ſcribit uaſa coquinaria ex argēto fieri caluus orator queritur:hic autem appellatus fuit cornelius licinius caluus:ut idē plinius ſcribit libro.vii. Iſto.cum contemptu dixit:ut uirgilius aut quid petis iſtis. Munere. ſaturnalicio ſcilicet odiſſem te. Odio uatiniano.odio quo dignus eſt uatinius.In uatinium enim quędam odioſa ac mordaciſſima eſt ciceronis oratio pro quo poſtea cicero depoſitis inimicitiis orauit:aut certe. Odio uatiniano.tali ac tam acerbo odio q̄li tota fere ciuitas romana uatinium inſecuta eſt:uatinium enim populo odioſum fuiſſe teſtatur macrobius: ſcribēs eum a populo ludis gladiatoriis lapidatum fuiſſe:cicero in uatinium.Odio enim tui in quo & ſi omnes propter tuum in me ſcelus ſuperare debeo:tamen ab omnibus pene uincor:ſic ſum incitatus.ut quum te non minus contemnerem q̄ odiſſem:tamen uexatum potius q̄ deſpectum uellem dimittere. Seneca ad nouatum.uatinium hominem natum & ad riſum & ad odiū ſcurram fuiſſe & uenuſtum & dicacem memorię proditum eſt. Quid feci quidue ſum locutus.nec facto nec dicto te lęſi. Malis poetis.ſceleratis malorum poetarum ſcriptis. Iſti clienti.tuo.ſ.nam iocoſus cliens caluo ea carmia donauerat In ſaturnalibus: Caluus autem catullo miſit. Tantum impiorum.tam flagitioſa carmina. Nouum.nuper factum ab ipſo fortaſſe litteratore ſillone. Ac repertum.inuentum ab ipſo ſillone. Ac.pro aut. Sillo.alii legunt ſulla ſed de ſillone itelligo:ad quem alibi catullus ſcribit aut ſodes mihi redde decem ſeſtercia ſillo:Sillus enim appellatur naſus ſurſum uerſus & repandus:hic puto dictum ſillonem & ſillum propria nomina.Sillones autem dicti ſunt ſuperciliis ſeruientes ſignificatione manifeſta: ut ait No.Marcellus. Litterator.pro grammatico ponebatur ab antiquis. Initio enim litterati dicebantur Poetarum interpretes:qui a gręcis grammatici nominantur. Meſſalla coruinus coſdem litteratores uocitatos oſtendit:orbilius autem litteratum abſolute doctum. Litteratorem uero mediocriter doctum diffiniuit. Mi.pro mihi. Non eſt mi male. non male tamen Sed bene me habeo:poſſum enim te tuo gladio Iugulare his:& talibus donis remunerando. Sacrū. execrandum. Miſti.pro miſiſti. Periret.catullus. Saturnalibus die optimo dierum. Saturnalia menſe decembri quinq; uel ſeptem cōtinuis diebus feſta celebrabātur.legito plura apud macrobium: optimo autem die dixit:quoniam his diebus omnes omni cura laboribus uacui iocis & luſibus dediti genio inſeruiebant:domini quoq; ſeruos imperio:ac miniſterio ſeruili per id tempus liberatos conuiuio accipiebāt. Die optimo.aut opinionem eorum tangit:qui uno die ſaturnalia conſtare dixerunt: aut ſingularis pro plurali numero poſitus eſt. Non non. more gręco duplex negatio magis negat: Sic abibit.ſic impune feres ut falſo ſperas. Falſe.o decepte uana ſpe. Nam ſi luxerit. in ueſpera enim id munus acceperat. Ad librariorum.nā apud librarios:ſeu bibliopolas in tabernis poetę ſua edebant::atq; publicabant carmina:aut pilis agglutinabant:ut publice legerētur:Oratius nulla taberna meos habeat:neq; pila libellos:& Martialis.contra cęſaris eſt forum taberna ſcripus poſtibus hinc & inde totis omnes ut cito perlegas poetas. Scrinia.ſunt capſę librorum receptacula:Martialis Scrinia da magnis me manus una capit:Oratius.ne me criſpini ſcrinia lippi Compillaſſe putes: Cęſios. nomen proprium poetarum:Cęſius autem non lentiginoſum:Sed glaucū oculis ſignificat:ut gellius teſtatur:eſt autem epitheton palladis ad oculorum qualitatem relatum. Aquinos. Cęſium & aquinum maledicos ac mordaces impudicorum carminum ſcriptores fuiſſe Catullus indicat. Suphenū. hic fuit dicax:atq; inſulſus poeta:ut infra poeta dicet:Suphenus iſte uarre quem probe noſti. Venena.uenenoſa.atq; mordacia carmina. Si quis forte mearum ineptiarum.ſuorum ſcriptorum modeſtam humanitatem oſtendit:ut qui ea legerit nil ſit moleſte laturus. Mearum ineptiarum.poetarum eſt ſuorum ſcriptorum merita humili appellatione uerecunde attenuare.

## AD AVRELIVM:

Ommendo tibi me ac meos amores
Aureli: ueniam peto pudentem
Vt ſi quicquam animo tuo cupiſti
Quod caſtum expeteres: & integellum
Conſerues puerum mihi pudice
Non dico a populo: nihil ueremur
Iſtos qui in platea modo huc: modo illuc
In re prætereunt ſua occupati
Verum a te metuo: tuoque pene
Infeſto pueris bonis: maliſque
Quem tu qualibet ut libet moneto
Quantum uis: ubi erit foris paratum
Hunc unum excipio: ut puto pudenter:

Ad Aurelium.

c Omendo tibi me ac meos amores. Aurelio familiari puerum ſuum modeſte:ac caſte commendans locoſe mōe ut Impudico pueri ſui amore:ac malo cupidine abſtineat: quod ni faciet Impudico homini ſtuprum: & raphanorum ultionem minitatur: Me. animum meum:qui eſt in puero meo:Se pro miniſtro ſuo poſuit pſonam pro perſona: Veniam pudētem.uerecundum beneficium:ueniam pro beneficio:Virg. orantes ueniam. Quod caſtum & itegellum. Senſus eſt ſi unq̄ puerum quemq̄ caſtum: & integrum appetiſti.peto meum ne appetas:Sed mihi conſerues tua libidine intactum. Expeteres.pro appeteres nam expetimus tātummodo bona:appetimus autē tam bona q̄ mala. Platea. uia publica lata. ἡ πλατεῖα gręce dicitur:Sed detracto iota corripuit mediam: A te metuo.proprie locutus eſt.malū quod metuimus per accuſatiuum prolatum huic uerbo iungimus:res ſeu perſona pro qua ſuſcipit metus in datiuo profertur: ut metuo pamphili uitę:res autem unde malum ipēdet ablatiuū ſibi poſtulat:ut metui a chryſide. Pene.penē a pendēdo dictum dicebāt caudā nunc aūt in obſcenis eſt:& ſignificat uirile: mēbrū.Ideo caudā ſalacē appellauit oratius. Qualibet.pquoſcūq; locos p quęcūq; hoium mēbra.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quod ſi te mala mens: furorque uecors
In tantā impulerit ſceleſte culpam:
Vt noſtrum inſidiis caput laceſſas.
Ah tum te miſerum: malique fati
Quem attractis pedibus patente porta
Percurrent raphanique mugileſque.

Mala mens. prauum conſilium: mala cupiditas. Furor uecors. inſani amoris diffinitio quia facit homines uecordes. Culpā. pro crimine: ut huic uni forſan potui ſuccumbere culpę: itē crimē pro culpa cicero ad curionem: ego te condemnabo eodem crimine. Caput. uitam. Ah. dolentis & exclamantis eſt. Mali fati. infoelicis: & malę fortunę: fatum enim pro fortuna ſępiſſime legitur. Porta patente. quidam pro aperto podice accipiunt: ego uero portā pro domus ianua poſitam intelligo: nam extra ianuam aut ante ianuam apertam in maius Aurelii dedecus hoc ſe facturum minat̃: ut Iuuenalis duceris plāta uelut ictus ab hercule cacus: & ponere foris. Rhaphani. tangit rem Impudicam contra adulteros atq; puerorum ſectatores hoc ultionis genus antiqui excogitarunt: deprehenſos enim quadrupedes couſtituebant: ac uiolenter partibus poſterioribus expilatis per podicem ſummo cum cruciatu grandiores rhaphanos aut mugiles immittebant: Inde apud grecos uerbum ραφανιδεῖν ariſtophanes protulit: rhaphani in germania ad infantum magnitudinē exreſcunt: frigore gaudent ſimum oderunt: apud plinium plura legito. Mugiles. ad idem in impudicos ſupplicium piſce mugile plerumq; utebantur: Iuuenalis Quoſdam moechos & mugilis itrat: mugilum natura ridetur in metu capite abſcondito totos ſe occultari credētium: & mugil & mugilis utraq; terminatiōe dici apud ſtrabonē: & pliniū inueniť: hunc piſcem nūc uocari cephalū pleriq; arbitrāť.

Ad aurelium & furium.

## AD AVRELIVM.

PAedicabo ego uos: & irrumabo
Aureli pathice: & cinæde furi
Qui me ex uerſiculis meis putaſtis
Quod ſunt molliculi: parum pudicum:
Nam caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum: uerſiculos nihil neceſſe eſt:
Qui tum denique habent ſalem ac leporem
Si ſint molliculi: ac parum pudici
Et quod pruriat incitare poſſunt:
Non dico pueris: ſed his piloſis
Qui duros nequeunt mouere lumbos:
Vos qui milia multa baſiorum
Legiſtis: male me marem putaſtis
Pædicabo ego uos: & irrumabo:

P Aedicabo ego uos & irrumabo. Aurelio & furio bibaculo familiaribus male de catullo ob laſciua ſcripta ſuſpicantibus poeta ſtuprū iocoſe minatur: excuſatq; ſimul laſciuam mollium uerborum licentiam: quia liceat etiam honeſtis poetis obſcoenis uti uerbis. Pathice. pathici & cinędi atq; Catamyti & Concubini iidē fere ſunt: Irrumare a rumi ideſt a mama dicitur nam rumis apud priſcos dicebatur mama. Molliculi libidinoſi: ut Iuuenalis Magna inter molles concordia. Nam caſtum eē decet pium poetam ipſum. hinc Martialis Innocuos cenſura poteſt permittere luſus: Laſciua eſt nobis pagina: uita proba eſt. Salem condimentū ſuauitatem. ſaporem uoluptatis. Incitare poſſint. commouere poſſint i ſenſu corporeo aliquid quod pruritū ueneream faciat non iunioribus: qui facillime arrigunt: Sed ſenioribus: qui arrigere deſierunt. Piloſis. barbatis ſenioribus. Duros. aridos non molles: atq; immobiles ob ſanguinis defectum. Lumbos. in quibus conſiſtit obſcęnus ueneris humor: Male. parum uel nō marem: male pro parum aut non: poſuit etiam Lucanus o male concordes nimiaq; cupidine cęci: Inde maleſanus ideſt non ſanus.

## AD COLONIAM.

O Colonia quem cupis ponte lædere longo
Et ſalire: paratum habes: ſed uereris inepta
Crura ponticuli: ac ſub his totus irrediuiuus
Ne ſupinus eat: cauaq; in palude recumbat:
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat:
In quo uel ſalii uel ſubſalii ſacra ſuſcipiant:
Munus hoc mihi maximi da colonia riſus:
Quendam municipem meum de tuo uolo ponte
Ire præcipitem in lutum per caputq; pedeſq;:
Verum totius ut lacus putidæq; paludis
Liuidiſſima maximeq; eſt profunda uorago
Inſulſiſſimus eſt homo: nec ſapit pueri inſtar
Bimuli tremula patris dormientis in ulna:
Cui ſit iocus uiridiſſimo nupta flore puella:
Vt puella tenellulo delicatior hedo
Aſſeruanda nigerrimis diligentius uuis:
Ludere hanc ſinit: ut lubet: nec pili facit uni:
Nec ſe ſubleuat ex ſua parte: ſed uelut alnus
In foſſa liguri iacet ſeparata ſecuri:
Tantundem omnia ſentiens: q̃ ſi nulla ſit uſq;:
Talis iſte meus ſtupor nil uidet: nihil audit:
Ipſe qui ſit utrum ſit: an non ſit id quoq; neſcit:
Nunc eum uolo de tuo ponte mittere pronum
Si poteſt olidum repente excitare ueternum:
Et ſupinum animū in graui derelinquere cœno
Ferream ut ſoleam tenaci in uoragine mula.

Ad Coloniam.

O Colonia quem cupis ponte lędere longo. Carmen quod angelicum dicitur a nuntii celeritate denominatum a ſteſichoro repertū ac ex duobus diuerſorum uerſuum cōmatibus compoſitum a numero pedum heptametrum dictum: cōſtat enim duobus trocheis duobus iambis trocheo: dactylo: trocheo: admittit tamen in prio & ultimo ſpondęum: coloniam quondam locum nobis incognitum impenſe precatur: ut quendam ſtolidum hominem ſibi inimicum de ponte quodā in foſſas cęnoſas pręcipitem excutiat: quoniā homo ſit ſtolidus ac nullius p̃tii: Colonię & municipii proprietatē legito apud. A. gellium: incognitū aūt eſt qua de colonia poeta loquať. O colonia. ordo & ſenſus ē o colonia habes hominem paratū: quem cupis lędere & de tuo ponte ſalire: Sed times ſtulta ne pontis columnę corruāt age tamen pręcipita eū quia inſulſiſſimus ac ſtolidiſſimus eſt. Crura. columnas ligneas. Irrediuiuus. irreparabilis non inſtaurabilis: rediuiuus eſt ex uetuſto nouatus. Sic. utinam aduerbium optantis bonum alicui: Oratius ſic te diua potēs cypri. Tibullus ſic umbroſa tibi cōtingant tecta priape. Libidine. uoluntate: Saluſtius ea uero cūctas res ex libidine moderať. In quo uel ſalii uel ſubſalii ſacra ſuſcipiant. Hunc uerſum & corruptiſſimum eſſe & minime probabiliter exponi poſſe tum uerba a ſententia carminis aliena tum multarum ſyllabarum deprauatio ac pedum confuſio demonſtrat: Igitur de hoc ualde quęrendum arbitror: poſſumus tamen ex his uerbis deprauatis hunc ſenſum afferre: utinam hic tuus pons ſic bonus fiat & inſtauretur tuo arbitrio ut ſit ſolidus ac fortis ad ſaliorum ſacerdotum graues ſaltus ſuſtinendos: Salii ſacerdotes martis a ſaltu dicti a numa pomp. inſtituti martis ancylia per urbem diſcurrentes humeris uſq; ad defatigationē geſtabant. Subſalii. ſaliorum miniſtri poſſunt interpretari: ſed hoc uocabulum quod memineri nuſq̃ legimus: igitur puto deprauatum: facile enim eſt falſum cognoſcere: ſed uerum inuēire difficillimū Suſcipiant. ſyllabarum & pedum ratio hoc uerbum a poeta non fuiſſe ſcriptum indicat: alii legūt ſupinant ideſt reſupinādo extollunt. Sacra. ancylia. Municipem meum. ex meo municipio oriundum ideſt ueronenſem. Verum totius ut lacus. Senſus eſt: ſed hic ſine hominum damno merito pręcipitabitur: quia inſulſiſſimus ita ac ſtolidiſſimus ē ſicut totius lacus & paludis ſordiſſima eſt uorago. Vorago lacus & paludis. In quam ex ponte tuo eum pręcipitari peto. Liuidiſſima. ſordidiſſima eſt: & ideo bene conueniet inſulſo homini. Inſtar pueri. pro īfante puer̃ dixit & ē faceta ac lepida ſimilitudo. Cui ſit iocus puella. maximū ſtoliditatis indiciū: quū paruifaciat ſuā delicatiſſimā ſpōſam. Flore. pulchritudie & p̄ſtātia. Terētius anni quot ſexdeci: flos ipſe. Nigerrimis. maturiſſimis quę magno i aeris diſcrimine ſūt: uirg. Maturiſq; nimis metuēdus iuppiter uuis. Nec pilifacit. nullius p̄tii facit: Cōtēnit: pilifacere paruifacere ē: ut ſupra dictū ē. Vni. pro unius genitiuus ātiquus: paruifacit āt qa nuptiar̃ dulcedies nō p̄cipit. Nec ſe ſubleuat. nihil prouidet nihilq; cōſulit ſibi cōiugii onere oppſſo. Ex ſua p̄te. q̃ſtū i ipo ē. Alnus. arbor ſub aqs diutiſſime p̄durās: & ideo ap̄d quoſdā apta nauigiis: cōmo/

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

da Comparatio : nam quemadmodum alnus ſūmerſa nunq̄ emergit:Ita hic ſtolidus atq; ſegnis ſe matrimonio preſſum non ſubleuat. Separata.ſciſſa aut a radicibus diuulſa alii pro naui alnū poſi/tam accipiūt. In foſſa liguri:liguria italię pars contigua:quo in tractu ieunenſis ager habetur : hic & hęc ligur uel ligus dicitur duplici terminatione ut ait priſcianus. Tantundem.pro tantū. Quā. pro quantum. Nulla ſit uſq̄.ſcilicet ſua puella. Stupor.ſtupidus homo. Meus.ironicos: nam meū dicimus de familiari homine & amico atq; beniuolo. Ipſe qui ſit utrum ſit an non.neſcit an ipſe ſit uiuus an mortuus:ut in prouerbio cōtra ignauos ac ſomnolentos dicitur. Olidum. foetidum.
Veternum.morbum intercutem:grecę dicitur hydropiſis & hydrops.Oratius.creſcit Indulgens ſibi dirus hydrops & in epiſtolis cur me funeſto properent arcere ueterno:uirg. nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno:pro ſegnicie dixit:In quo ſenſu hic poſſumus accipere ueternum:nam multi ignaui in periculo ſegniciem exuunt. Supinum.Iacentem:iacens otioſum notat otioſus ſegnem & Inertem: ſupinum ergo ſegnem ut ſit metalepſis. Graui.ponderoſo. Ferream ſoleam. mulę calciamentū ferreū:apta & lepida ſimilitudo.

## AD AVRELIVM :

Vreli pater eſuritionum
Non harum modo:ſed quot aut fuerunt
Aut ſunt:aut aliis erunt in annis
Pedicare cupiſ meos amores :
Nec clam:nam ſimul & iocaris una
Hærens ad latus omnia experiris
Fruſtra:nam inſidias mihi inſtruentem
Tangam te prius irrumatione
Atqui ſi faceres ſatur tacerem:
Nunc ipſum id doleo:q̄ eſurire
Næ meus puer:& ſitire diſcet.
Quare deſine dum licet pudico
Nec finem facias:ſed irrumatus.

In Aurelium famelicum.

a Vreli pater eſuritionum. Scribit in aurelium pauperrimū ac ma/xime famelicū:q in ſumma fame oblitus egeſtatis ſuę ac libidinis nefandę uitio cęcus catulli puero ſtuprum Inten/debat:minatur itaq; poeta perfido aurelio Irrumationem niſi deſinat ſuo inſidiari puero:hic totum effictum eſt illud martialis epigrāma:ſępe mihi queritur non ſiccis cęſ°us ocellis Tangi ſe digito māmuriane tuo. Meos amo/res.meum puerū delicias meas. Experiris.alii Codices ex antiqua lectiōe hn̄t experibis:ſed minime placet. Si faceres ſatur.nam eſſet aliqua tuę libidinis excuſatio i ſaturitatis cauſa: nūc autem quum ſis famelicus ac ſine cerere & libero frigeat uenus:nulla eſt tui flagitii cauſa excuſabilis:ideo irruma/tionis ſupplicio dignus es. Atqui. certe equidem. Nę.certe:alii legunt nemeus ut ſit pueri nomen proprium : Pudico.tibi meis ſtu/pris intacto. Dum licet.dum iniuriis tuis ego non irritatus te nondum ſtupro ulciſcor. Facias finem.ſcilicet meis Iniuriis.

## AD VARRVM.

Vſſenus iſte uarre quem probe noſti
Homo eſt uenuſtus:& dicax:& urbanus
Idenque longe plurimos facit uerſus
Puto eſſe ego illi milia:aut decem:aut plura
Perſcripta nec(ſicut ſit)in palimpſeſto
Relata :chartæ regiæ :noui libri :
Noui umbilici:lora rubra:menbranæ
Deſecta plumbo & pumice omnia æquata.
Hæc cum legas tum bellus ille & urbanus
Suffenus unus caprimulgus: aut foſſor
Rurſus uidetur: tantum abhoret:ac mutat.
Hoc quid putemus eſſe?qui modo ſcurra
Aut ſi quid hac re triſtius uidebatur :
Idem infaceto eſt infacetior rure
Simul poemata attigit:neque idem unquam
Aeque eſt beatus:ac poema cum ſcribit
Tam gaudet in ſe:tanque ſe ipſe miratur
Nimirum idem omnes fallimur:neque eſt quiſq̄
Quem non in aliqua re uidere ſuffenum
Poſſis:ſuus cuique atributus eſt error :
Sed non uidemus manticæ quod in tergo eſt :

Verſus ſcazon Ad uarrum.

ſ Vphenus iſte uarre quē probe noſti.Varrum alloquēs uanam & falſam ſupheni poetę inſulſi aucto/ritatem demonſtrat:Nā ſuphenus uerborum oſtentatione dicax & urbanus atq; doctiſſimus uidebatur:pręſertim quum inſulſorum uerſuum ſuorum libros Magnifica impenſa ornatos oſtentaret : Sed in carminum illorum lectione maximam inſulſamq; ignorantiam homines compręhēdebant:Quod & ſi maximū eſt uani hominis uitium:tamen aliquid excuſationis meretur:quia nemo eſt adeo peritus:qui aliqua in re non appareat uanus & ineptus:Sed ſuum errorem quiſq; minime uidet. Suphenus.de quo ſupra: ſuphenos omnia colligam uenena:alii legunt ruffenum. Venuſtus.elegans. Dicax.garrulus mordax in dicendo:aut certe dicax ſermonis riſu aliquos inceſſens:uenuſtus autem eſt qui cum gratia quadā ex uēere dictus apparet:urbanus uero dicit̄ q in ſermone rebus & uerbis ſono & uſu quendā guſtū urbis:& ſuptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem prę ſe fert:Sic & urbāitas uenuſtas dicacitaſq; Inter ſe differunt teſte fabio quintiliano. Puto.coniecto ex eius oſtentatione. Decem milia.ſcilicet uerſuum. Nec relata in palimpſeſto.Scilicet puto illa:ſed in regia charta membrana.
Palipſeſto.palimpſeſtō uilior char/ta eſt iterum delita & iterum reſcripta deraſis prioribus litteris.πάλιν rurſū dicitur ψάω delino tergeo:palimpſe/ſton igitur charta iterū delita & dera/ſis prioribus litteris reſcripta palipſe/ſton a iuriſconſultis interpretari char/tam deliticiam legimus. Sicut ſit. apud paupes ſcilicet. Chartę regię. ſcilicet ſunt:regię pro regalibus dixit ſumptu regali comparatę. Vmbilici.ſigna ſunt quędam:quibus librorū fines cōcludebant ātiqui.Ideo porphirio ſupra id oratianum ad umbilicum ad finem interpretatur.Martialis i eodem ſignificato poſuit iam puenimus uſq; ad umbilicum.Alii umbilicos pro clauis:quibus librorum anguli ornantur accepiunt. Lora rubra.q̄bus elegantic res libri ueſtiuntur. Membranę.ſ.chartę ſunt. Membrana charta primum inuēta fuit pergami inde pgamea dicta fuit teſtante uarrone ac pli/nio referente:de hac martialis ſcribit: Eſſe puta cęras licet hęc mēbrana uocetur:delebis quotiens ſcripta nouare uoles. deſecta plumbo.ordo & ſenſus omnia ſunt plumbeis lineis quadrata:& pumice ęquata:hoc eſt deraſa. Hęc.ſcripta ſupheni :bellus uenuſtus nobis uiſus. Caprimulgus.caprimulgus hic ępolum ſignificat.Caprimulgus item auis eſt de qua plinius hęc tradit Caprimulgi appellantur grandiores:merulę aſpectu fures nocturni.Interdiu enim uiſu carent intrant paſtorum ſtabula caprarum uberibus aduolant ſuctum propter lactis qua iniuria uber emoritur:Ca/priſq; cęcitas quas ita mulſere oboritur. Abhorret.ſcilicet a iactationis ſuę ueritate. Mutat.quū ſcribit aliquid. Qui modo ſcurra.ordo eſt idem qui modo ſcurra uidebatur:aut qui uidebatur id ſi aliquod nomen eſt triſtius ſcurra eſt infacetior rure:& omni ruſticitate. Triſtius.peius q̄ ſit ſcurra : ut paraſitus morio leno. Neq; idem unq̄ ęque eſt beatus.ideſt neq; unq̄ uidetur ſibi tam beatus q̄ quum poemata facit. Eſt.pro uidetur. Gaudet in ſe.ſibi placet:quod uitium eſt ſtulticię. Se miratur.ſe extollit ac ſuperbe uaneq; laudat:quod eſt uitium inſanię. Simul.poſtq̄. Aeque.tam. Ac. q̄. Idem nimirum.deeſt ob ut ſit ob idem ideſt propter idem proprii amoris uitium. Poſſis uidere ſuphenum.ideſt quaſi ſuphenum:& ſimilem ſupheni ſtolidi ac iepti:nemo enim eſt:qui aliqua ex parte aſini auriculas non habeat. Suus cuiq; attributus eſt error.Oratius nam uitiis nemo ſine naſcitur:optimus ille qui minimis urgetur. Sed non uidemus manticę quod in tergo eſt.ęſopi fabula tradit unūquenq; hominem duas habere manticas:unam ante ſe ad ſinum:alteram retro a tergo:in anteriorem: quę facillime uiſui ſubeſt aliena uitia mittimus:in poſteriore Quę minime cerni a nobis poſſit noſtra peccata abſcondimus ſic Oratius deſpicere ignoto diſcat pendentia tergo:perſius ſed pręcedenti ſpectatur mantica tergo. Quod eſt in tergo manticę.ideſt non Conſyderamus neq; uidemus errores noſtros:quos poſt terga reiicimus.

## AD FVRIVM.

f Vri cui neq; ſeruus eſt neq; arca
Nec cimex:neq; araneus:neq; ignis:

Ad Furium.

f Vri cui neq; ſeruus eſt nec arca. Miſerrimam egeſtatem furio ioco ſe obiiciens facete Contendit eum i pauperie multis cōmodis inſtructum eſſe:ideo monet ne a catullo multa ſe/ſtertia p̄cibus expoſcat. Furi cui neq;.ordo eſt furi ē tibi pulchre cū tuo parēte : ideſt pulchre uales cū parētibus tuis. Cui neq; ſeruus ē nec arca:q caret ſeruo paup̄ ē:at cui nihil domi ſit egenus ē. Arca.loculus pecuniaꝝ.Iuuenalis poſita ſed ludit̄ arca.Itē alibi Interdūq; aliēa ſūmit̄ arca.Mar.callidus effracta nūmos fur auferet arca. Cimex.lectus cōtētū pro cōtinēti.Sic mar.i.x.Nec toga nec focus ē nec tritus cimice lectus:nec tibi de bibula ſarta palude teges:& alibi:Sed ſi nec focus ē nec ulis ſponda grabati.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quorum dentes comeſſe poſſunt ſilicem. hyperbole ad ſummá famé demonſtrandam: Lignea. arida quale lignum eſt. Pulchre cócoquitis. quia parum comeditis citiſſime digeritis cibũ: nimius enim cibus eſt idigeſtionis cauſa: ut Iuuenalis & crudum pauonem in balnea portas. Nihil timetis. quia nihil boni amittere poteſtis: nam uobis nihil domi eſt: Facta impia. ueneficia cognatorum aut affinium: impias ob hęreditatem iſidias: Sicciora cornu. ob famem atq; perpetuam iedíam: ordo eſt habetis corpora cornu ſicciora ob frigus ſolem & eſuritionem. Sudor ſaliua muccus. hęc omnia ex ciborũ ſuꝑfluitate proueniũt: Nec toto decies cacas in anno. unum ſequitur ex reliquo nam qui nó comedit nec cacat quidé. Culus purior ſaliuo. hinc Martialis: ne ꝑ enim é culus qui non cacat olim. Deſine. ſubaudi iterum precari.

Verum eſt & pater: & nouerca quorum
Dentes uel ſilicem comeſſe poſſunt:
Eſt pulchre tibi cum tuo parente
Et cum coniuge lignea parentis:
Nimirum bene nam ualetis omnes.
Pulchre concoquitis: nihil timetis:
Non incendia: non graues ruinas:
Non facta impia: non dolos ueneni:
Non caſus alios periculorum:
At qui corpora ſicciora cornu
(Aut ſi quid magis aridum eſt) habetis:
Sole & frigore: & eſuritione:
Quare non tibi ſit bene ac beate?
A te ſudor abeſt: abeſt ſaliua:
Muccuſque: & mala pituita naſi
Hanc ad mundiciem: adde mundiorem:
Quod culus tibi purior ſalillo eſt:
Nec toto decies cacas in anno
Atque id durius eſt faba & lapillis:
Quod tu ſi manibus teras fricesque
Non unquam digitum inquinare poſſes:
Hæc tu commoda tam beata furi
Noli ſpernere: nec putare parui:
Et ſeſtertia quæ ſoles precari
Centum deſine: nam ſat es beatus:

Ad Iuuencium.

o Qui floſculus es iuuenciorum. Iuuencium puerum alloquitur Increpans eum ꝙ furio pauperculo amoris delicias dederit: o admirantis eſt interiectio. qui. qualis. Floſculus. pulchritudo: Iuuenciorum. iuuencii nobilis romę familia fuit. cuius liuius & Plinius meminerunt: ad eundum infra ſcribit ſic mellitos oculos tuos iuuenci: ſi qs me ſinat uſq; baſiare: Arca. pecuniaꝝ loculus: Delicias. amorum ſuauitates puto amplexus & oſcula: nam de eodem alibi dicit ſi quis me ſinat uſq; baſiare uſq; ad millia baſiem trecenta: Bellus. pulcher: Martialis. bellus homo inflexos qui dirigit ordine crines: hoc. ſcilicet ꝙ bellus homo ſit. Obice. mihi te reprehédenti oppone ad tuam excuſatióem: aliter legitur abiice ideſt contemne & deprime: unde abiectus dicitur uilis contéptus: uel Hoc. ſ. qđ dico ne ꝑ eſt huic ſeruus neq; arca aut paruifacias aut magnifacias ut lubet ñ curo: Eleua. uerbis extolle: pro tua defenſione: Tamen. q̃uis bellus ſit tamé ꝑauperrimus eſt.

## AD AMICVM IVVENCIVM.

o Qui floſculus es iuuenciorum
Non horum modo: ſed quot aut fuerunt
Aut poſthac aliis erunt in annis
Mallem delicias mihi dediſſes
Quam iſti: cui neque ſeruus eſt neque arca:
Quam ſic te ſineres ab iſto amari
Qui non eſt homo: bellus inquies eſt.
Sed bello huic neque ſeruus eſt neque arca:
Hoc tu q̃lubet abiice: eleuaque:
Nec ſeruum tamen ille habet: neque arcam.

Ad Thallum Cinędum.

Septenarius eſt uerſus: qui fit quum Iambico trimetro additur pes amphibrachus.

c Ignde thalle mollior cuniculi capillo. thallum impudicum adoleſcentem monet: ut ſibi catullo remittat pallium & ſudarium: quę furto ſubtracta pro ſuis uſurpat: atq; oſtentat: quę niſi reddat: poeta flagra thallo minitatur. Mollior. tenerior: hinc Virgilius in obſceno carmine ſumpſit: Quidam mollior anſeris medulla. Capillo. pilo: Sic perſius lá liber & bicolor poſitis mébrana capillis.

Hinnula. pelle hinnuli: Qui ut uarro: & plinius tradunt ex equo & aſina naſcitur: Sed ut ſolinus ſcribit hinnulus é cerui pullus: quod melius cũ Catulli uerbis facit. Igitᷣ Hinnula. ideſt pelle hinnuli pulli ceruini: inula ité herba eſt: quę datur ſtomachis faſtidioſis: Oratius atq; acidas mauult innulas. Mollicella. mollis facit diminutiua molliculus & inde mollicellus.

Situ araneoſo. ideſt mollior & tenerior ſitu & lanugine aranearũ. Rapacior. furacior: & maior raptor. Turbida. tempeſtuoſa. Quum diua mulier aues oſtendit oſcitantes. rapacior q̃ turbida procella ſit: quum Tethys diua hoc eſt mare tempeſtatem facit: nam tunc rapax procella pronunciatᷣ a quibuſdam auibus: q; as alii alcyões Intelligunt: hę enim aues ut ſcribit plinius in uergiliarum occaſu qui cũ ędis tempeſtuoſus eſt apparent: ſętificát autem bruma: qui dies Alcyonides uocantur: faciunt ſeptem ante brumam diebus nidos: & totidé ſequétibus pariunt: Quibus omnibus maris tranquillitas eſt. Vt indicat hic Theocriti uerſus χάλκυονεσ γορεσεῦντι τὰ κύματα τὴν δὲ θάλασσαν partis autem & iam hiantibus pullis ſtatim inſequitur uehemens maris procella. Ergo q̃tum ad haſce alcyones exponatur. Quum mulier dia. ideſt alcyon: quę fuit mulier dia ideſt generoſa: ut dia camilla: & homerus δῖοσ ἀχιλλεύσ ideſt generoſus achilles. Oſtendit. demoſtrauit: nam ſeptem poſt brumam diebus partis pullis diſcedunt: & Continuo ſequitur procella rapax. Aues. pullos ſuos. Oſcitantes. proprium eſt pullorum eſcam appetétium: dicitur autem oſcito: & oſcitor in eodem ſignificato: ego uero potius ſentirem hoc dictũ de fulicis: quę ut ſcribit plinius clangore ſuo qui ſine oſcitatione non fit uentum pręnuntiant: & tũc dicatur Dia mulier: Tethys. Aues oſcitantes. fulicas oſcitatione clangorem edentes. Inuolaſti. furatus es a uola manus parte: alibi inuolare eſt inruere: inuadere: Conuolare in aliquem a uolãdo dictũ Plautus in amphytrione Cum clamore inuolant impetu alacri. Setabum. hiſpanum a ſetabi urbe ut dictum eſt ſuperius. Catagraphonq; linum. ideſt linteum uariis filis inſcriptũ: ut iuuenalis inſcriptaq; lintea uenit: καταγράφω eſt inſcribo. Reglutina. gluten latine gręce chola: inde glutino: coniugo: reglutino: Separo: diſiungo. Inuſta. inflicta. Conſcribillent. uibicibus inſigniant & depingant aut lacerent: ut uerſa puluis inſcribitur haſta: plautus Corpus tuum uirgis ulmeis inſcribam: & catullus alibi frontem tabernę ſcipionibus ſcribam. Veluti. amat catullus in carminum concluſionibus ſimilitudines: & comparationes facere. Minuta. parua: ut Cymba. Inſolenter. inuſitate pręter Solitum. Aeſtues. commouearis ut maris ęſtus:

## AD THALLVM.

c Inrde thalle mollior cuniculi capillo:
Vel áſeris medullula uel hĩnula mollicella:
Vel pene languido ſenis: ſituque araneoſo:
Idemque thalle turbida rapacior procella:
Quum diua mulier aues oſtendit oſcitantes:
Remitte palium mihi meum quod inuolaſti:
Sudariumque ſæthabum catagraphonq; linon.
Inepte quæ palam ſoles habere: tanquam auita
Quæ nũc tuis ab ũguibus reglutina: & remitte:
Ne laneum latuſculum: manuſque mollicellas
Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent
Et inſolenter æſtues: uelut minuta magno
Deprhenſa nauis in mari uæſaniente uento:

Ad Furium.

f Vri uillula ueſtra non ad auſtri. ad furiũ bibaculum poetam ſcribit ſenſus aũt eſt furi ueſtra uilla non ſolo uento ut cęterorum hominũ uillę agitantur perturbatur: Sed quindecim millibus & ducentis uentis uexatᷣ: Auſtri flatus. tágit q̃uor cardiales uẽtos. Fauõi. zephyri: Lucre. & reſerata diu géitalibus aura fauõi.

## AD FVRIVM.

f Vri uillula ueſtra non ad auſtri
Flatuſ oppoſita eſt: nec ad fauoni

Nec ſæui boreæ: aut apheliotæ:
Verum ad milia quindecim: & ducentos
O uentum horribilem: atque peſtilentem.

Boree. latine aqlo dicit̃ flat iter ex ortū eſtiuū: & ſeptétrionem: ut Pli. & gel. tradūt. Apheliote. ſubſolanus latine dictus flat ab exortu ęqnoctiali. Quideci mi. ſ. uētoꝝ nūerus finitus pro iſinito: Loca i quę undiq; uēti cōflāt ɔflages dnr̄. Hor. horrédū aſperū terribilé. Peſtiléte. augumétū malicię nā nullus uētus peior peſtiléti é: alius tū ſenſus elici pōt hoc mō: ut locās dicat quū alię uillę aliquo uēto iſeſté ſ̃ ūra uilla ñ ob aliqué uétū icōmoda é ueꝝ quū ab urbe diſtet qndeci milia & ducétos paſſus hoc icōmodū lōgiqtatis hét̃ tāq̃ horribilis: & peſtilés uétus: O uétū hor. at. peſt. totū hoc ioco ſe dictū é i icōmodā uillę lō gingtaté q̃ defatigabát̃ illuc ex urbe recedétes.

## AD PINCERNAM SVVM.

m Iniſter uetuli puer falerni
Inger mi calices amariores:
Vt lex poſthumiæ iubet magiſtræ
Ebrioſa acina ebrioſioris.
At uos quo lubet hinc abite lymphæ
Vini pernicies: & ad ſeueros
Migrate: hic merus eſt thyonianus.

Ad Miniſtrum Suum.

m Iniſter ue. puer pha. Miniſtrū ſuū hortat̃ ut ſibi téperet atq; porrigat capaciora pocula: ipatq; ut a méſis ſuis aquas maximū hoibus nocumétū excludat. Phalerni. nigrū é uinū a Cāpanię agro dictū: Martialis cādida nigreſcāt uetulo criſtalla phalerno. Inger. porrige: Inger pro igere legat̃ p Apocopen ut uerſus ſtet phaleucius. Mi. pro mihi. Amariores. fumoſiores ipſius uini auſteritate: aut aſpiores hauſtu pp āplā capacitaté. Poſthumię. hęc illis téporibus fuit mulier uinoſiſſima & maxie bibula: q̃ Cōpotricibus: ac ɔpotoribus ſuis lege bibédi a ſe lata tā grādia idicebat pocula: ut amaꝝ ac difficile cuiq; foret illa uno hauſtu ebibere. Ebrioſa ac. ebrio. hic uerſus corrupte: ac p q̃; uitioſe legit̃ i oibus fere codicibus: ſed elegātiſſima. A. gellii enarratiōe emédet̃ in hāc formulā: ut ebrioſa acina genere fęminino caſu abltō legat̃ q̃q̃; alias acinū neutro genere profert̃: acinū. n. totū uini plenū é. Lymphę. aquę. Seueros. graues auſteros: atq; abſtemios. Thyonianus. bacchicus. i. merū uinum: quale bacchus thyoneus iuenit: Bacchus fert̃ ioue patre cōcedente matré ſemelé ab inferis eduxiſſe: & imortalitate donatam thyoné a ſacris quę illi attribuit denōinaſſe: nam θύω ſacra facio dicitur: inde ipſe liber ex materno nomine thyoneus appellatus eſt ut ſcribit Diodorus.

## AD VERANNIVM ET FABVLLVM.

P Iſonis comites cohors inanis
Aptis ſarcinulis & expeditis
Veranni optime: tuque mi fabulle:
Quid rerum geritis? ſatis ne cum iſto
Vappa: frigoraque & famem tuliſtis:
Ecquidnam in tabulis patet lucelli:
Expenſum? ut mihi qui meum ſecutus
Prætorem refero datum lucello

Ad Veránium & Fabullum.

p Iſonis co. co. ina. Ad ueránīū & fabullū piſōis hiſpanię queſtoris cōites: ſeu cōmilitōes ſcribés eos interrogat de lucro qđ a piſōe auariſſimo ſit conſecuti: ac ſimul iuehit̃ i flagicioſā romanoꝝ libidiné: q comites ac milites ſuos magrātū officii cā ſecutos nefario cōcubitu cōtaminabāt. Piſonis. hic piſo a ſaluſtio ſic deſcribit̃: Caius piſo adoleſcés nobilis ſūmę audacię egés factioſus i citerioré hiſpaniā queſtor proptore miſſus é adnitente Craſſo: q eū iſeſtū inimicūq;. Cn. Pō. cognouerat: neq; tūc ſenatus iuitus prouiciā dederat qppe foedū hoiem a rep. procul eē uolebat: & infra: ſed is piſo i prouiciā ab eqtibus hiſpanis: quos i exercitu ductabat iter faciés occiſus é. Cohors. milites i cohorte ptoria. Inanis. ianiter nulitás nulla utilitate uobis parata. Aptis ſar. & exp. hoc ioco ſe i téuitaté coꝝ q erāt pauprimi ſine ſarcinulaꝝ ipedimétis. Cū iſto uap. cū piſone hoie uili ac ſordido qualis é uappa uinū corruptū: uappa pro uiliſſimo: ac ſordido hoie poſuit: & pſius uappa lippus et in tenui farragine médax. de uappa legito pli. li. xiiii. ca. xx. In tab. i qbus lucri & ipéſaꝝ cōputatiōes ſcribitis. Ecqd lu. an aliqd lucri: ac ſtipendii uobis dati. Patet exp. manifeſtat̃ uobis dinumeratū: nā expédere é dare & ſoluere pecuniā alicui: antiq. n. oés pecunias pédebāt: uñ ipendere: & ipéſa: atq; expéſa. Vt mihi. ſ. patet q nihil a meo ptore memio ex bithynnia rettuli. Meū pt. C. memiū bithynnię prętoré cū quo fuit catullus ut ſupius dixit: huius. C. memii aſperrimis orationibus ſępe proſciſſus cęſar ad cyathū & uinū ſtetiſſe diffamatus poſtea memio adeo hūane Indulſit: ut in petitione conſulatus ſe illi ſuffragatoré pręſtiterit. Memio item cuidam ſuum opus inſcripſit Lucretius. Item. fuit Caius Memius tribunūs. pl. Infeſtus nobilitati cuius meminit Saluſtius in Iugurtha. Datum lucello. ideſt re/

O memi bene me ac diu ſupinum
Tota iſta trabe lentus irrumaſti:
Sed quantum uideo pari fuiſtis
Caſu: iam nihilo minore uerpa
Farti eſtis. pete nobiles amicos:
At uobis mala multa dii: deæque
Dent opprobria: romuli: remique.

fero ſtupꝝ mihi datū lucro: alii legūt refero lucellū mihi datū. Tota iſta trabe. métula tua lōga quāta é trabs: ut Mar. tāta eſt quę tityo colūna pendet. Fuiſti pari caſu. i. pari cōditiōe ac ſorte mecū: nā nullo accepto lucro ſtuprati fuiſtis. Verpa. mentula: uerpus aūt iudęus circunciſus: Iuue. Quęſitum ad fontem ſolos deducere uerpos. Nihilo minore. q̃; ſim fartus ego. Pete nobiles amicos. prohibitio artificioſa: & uehemens facta per ironicam conceſſionem. Pete nobiles amicos. quia ſtuprabe/ris ab illis: pete autem pro appete per aphereſin: ſic igitur ſatyrico morſu: ac felle flagicioſos romanoꝝ nobiliū mores aſpſit. Dii deę. & ſuperi & inferi. Dent uo. q talia i amicos flagicia cōmittitis. Multa mala opprobria. qualia & uos in familiares facitis. Romuli remiq;. uobis o romani uocatiuus eſt: romulus pro romano: ut perſius bellum eſt an romule ceues.

## IN. C. CAESAREM.

q Vis hoc poteſt uidere: quis poteſt pati?
Niſi impudicus: & uorax & aleo:
Mammurram habere: quod comata gallia
Habebat cuncta & ultima britania:
Cinæde romule hæc uidebis & feres?
Et ille nunc ſuperbus: & ſuperfluens
Perambulauit omnium cubilia:
Vt albulus columbus: aut dioneus.
Cinæde romule hæc uidebis: & feres?
Es impudicus: & uorax: & aleo?
Eo ne nomine imperator unice
Fuiſti in ultima occidentis inſula?
Vt iſta ueſtra diffututa mentula
Ducenties comeſſet: aut trecenties:
Quid eſt? alit ſiniſtra liberalitas?

In. C. Cęſarem.

q Vis hoc pōt ui. qs pōt pati. iābico trimetro exclamat i prodigā Caii cęſaris largitioné: q mamurram phormianū quo cū ſtupri mutui commertiū hébat adeo locupletauerat: ut is opū elegātia totius gallię: ac britannię diuitias exuparet. Quis hoc pōt uidere. pcōtatio eſt: & talis ſenſus. Nemo niſi impudicus atq; ſceleratus poſſet ferre: ac pati mamurrā pathicū hére totius gallię atq; britānię diuitias. Niſi ipu. obliq; i cęſaré dixit. Mamurrā. Cornelius nepos tradit primū romę parietes cruſta marmoris opuiſſe totius domus i cęlio mōte mamurrā phormiis natū eqté romanū prefectum fabrorum Caii cęſaris in gallia Hic nāq; eſt mamurra Catulli Veronéſis carminibus proſciſſus: quem ut res eſt: domus ipſius Clarius q̃; Catullus dixit habere quicqd habuiſſet comata gallia: hęc Plinius. Comata gallia. gallia tranſalpina a cęſare domita. Cinęde romule. impudice cęſar: uehemens fama fuit. C. Cęſarem quum eſſet adoleſcens apud nicomedem bithynnię regem pudicitiam depoſuiſſe: unde poſtea in eius triumphis tale carmē a militibus & ciuibus iactatum eſt: gallias cęſar ſubegit nicomedes cęſarem: in hunc eundem cęſarem atq; mamurram infra é illud epigramma: pulchre conuenit improbis cinędis Mamurrę pathicoq; cęſariq;. Romule. pro romano ut ſupra: romuli remiq;. Superfluens. diuitiis ſuperabundans. Omnium cubilia. quia męchus eſt temerarius: & ſuperbus prę pecuniis. Dioneus. uenereus a dione uenere Cui dicatę ſunt columbę: Dione ueneris mater fuit: a qua & filia denominata eſt. Eo ne nomine. ſenſus eſt ea ne de cauſa bellis es deprędatus britanniam ut métula & libido mamurrę tot ſeſtertia illa a te data conſumeret. Eo nomine ea cauſa: ut Cicero q̄q̃; me nomine negligentię ſuſpectum tibi eſſe doleo. Vnice. ſingularis. Vltima inſula. britanniam dicit: quam cęſar bis aggreſſus ſubegit ut ipſe in commētariis ſuis late ſcribit. Occidentis. britannia tamen ut mella: & plinius tradunt inter ſeptentrionem: & occidentem porrigitur. Iſta ueſtra mentula. Mamurrę ſcilicet. Diffututa. coitu exhauſta: ut ſupius cur nō tam latera effututa pandas. Siniſtra liberalitas. diffinitio prodigalitatis: hac de liberalitate cęſaris legito Ciceronem primo officiorum. Siniſtra. noxia uitioſa. Liberalitas. Cęſaris ſcilicet.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Parum expatrauit: an parum heluatus
Paterna primum lancinata ſunt bona:
Secunda præda pontica: inde tertia.
Ibera quam ſcit amnis aurifer tagus:
Hunc galliæ timet terra & britanniæ
Quid hunc malum fouetis: aut quid hic poteſt:
Niſi cuncta deuorare patrimonia?
Eo ne nomine urbis opulentiſſima
Socer generque perdidiſtis omnia?

Alit. mamurrę libidinē. Parū expatrauit. parū ne libidine perdidit: & abſumpſit. Eſt helluatus. diglutiuit: cōſumpſit helluones dicūtur imoderate bona ſua Cōſumētes ab helluēdo quod aſpiratur: ut auiditas magis exprobret: helluari ē bona ſua guloſe: ac imoderate abſumere. Paterna patris ipſius mamurrę. Lancinata. lacerata: lancinare eſt dilacerare: plinius tot ſinus peloponenſem oram lancinant. Secunda prēda pontica. quā cęſar ex profligato pharnace mitridatis filio cępit: & mamurrę tradidit Pontica. nā pharnaces ponti rex fuit. Tertia ibera. hiſpania: prędam dicit: qua potitus eſt cęſar quū hiſpaniā prouinciā bellis ciuilibus pompeio ademit patreo: & affranio pompeii ducibus apud lerdam pdomitis: ut in quarto lucanus elegāter ſcribit: Tagus hiſpanię fluuius aureis aquis diuulgatus.
Hunc. mamurrā. Timet. qa tantā rapiendi licentiā habeat a cęſare. Malum. in malā rem aduerbium ē per parentheſim: & exclamationē: ut ſępe apud terētiū. Vrbis. romę. Eo noīe. ea cauſa: ut mamurra a uobis locupletatus oīa libidinibus abſumeret. Perdidiſtis oīa. opes: & imperiū romanū: quod occupaſſe cęſar uidetur: ut mamurrę libidinibus opes ſuppeditaret.

## AD ALPHENVM:

Lphene īmemor: atq; ūanimis falſe ſodalib;
Iam te nil miſeret dure tui dulcis amiculi
Iam me prodere iam non dubitas perfide:
Nec facta impia fallaciū hominū cœlicolis placēt
Quæ tu negligis: ac me miſerum deſeris i malis:
Heu qd faciant dico homines: cui ue habeāt fidē:
Certe tu te iubebas animam tradere inique
Inducens in amorem quaſi tuta omnia mi forēt
Idē nunc retrahis te: ac tua dicta omnia factaq;
Ventos irrita ferre: ac nebulas aereas ſinis.
Si tu oblitus es: at dii meminerunt meminit fides
Que te ut pœniteat poſt modo facti faciet tui.

Ad alphenum iuriſconſultum.

a Lphene imemor atq; unanimis falſe ſodalibus. alphenū iuriſcōſultū fallacię: ac pfidię arguit monēs eū deos hominū fraudibus: & piuriis iratos eſſe. Alphenus uarrus Cremonenſis abiecta ſutrina: quam i municipio ſuo exercuerat romā petiit: magiſtroq; uſus ſulpitio iuriſcōſulto ad tātum puenit: ut & conſulatū gereret: et publico funere efferret: huius alpheni gellius & porphyrio meminerūt: oratius de hoc ut alphenus uafer omni abiecto inſtrumēto artis: clauſaq; taberna. Sutor erat ſapiēs operis. Falſe. fallax. Vnanimis. datiuus pluraliſ ē. Amiculi. mei catulli. Fallacū. legēdum. n. eſt fallacū p ſyncopen ut ſtet uerſus: hoc enim epigrāma habet metrum Coriambicū quod dicitur phaleuciū hexdecaſyllabū: Coriambicum appellatur a pede: nā cōſtat ex ſpondeo tribus coriambis: & pyrrichio: phaleucium autē ab auctore: qui eo plurimū uſus fuit: hexdecaſyllabū a ſyllabarū numero: Cōſtat eni ex ſexdecim ſyllabis ad differentiā phaleucii endecaſyllabi. Deſeris. bene deſeris: nā Deſerere eſt rem quam quiſpiā tueri debeat deſtituere: unde Virgi. deſertorem aſię dixit de ęnea: alphenus ut coniectare licet Catulli cauſam deſeruerat. Cui habeant fidem. ſi iuriſconſultus pfidus eſt. Ventos irrita ferre ſinus. inuanū & incaſſum dicta fuiſſe facis: nam quę nullum effectum conſequuntur a uentis & nubibus abripi dicuntur: Ouidius irrita uentoſę rapiebant cuncta procellę: & alibi Et iubet ęolios irrita ferre notos.

## AD SIRMIONEM INSVLAM.

p Eninſularum ſirmio: inſularumque
Ocelle: quaſcūque in liquentibus ſtagnis
Marique uaſto fert uterque neptunus
Quam te libenter quanque lætus inuiſo:
Vix mi ipſe credēs thynniam atque bithnynos
Liquiſſe campos: & uidere te in tuto
O quid ſolutis eſt beatius curis?
Quom mens onus reponit: ac peregrino
Labore feſſi uenimus larem ad noſtrum:
Deſideratoque acquieſcimus lecto:
Hoc eſt quod unum eſt pro laboribus tantis.
Salue o uenuſta ſirmio: atque hero gaude:
Gaudete uoſque lydiæ lacus undæ:
Ridete quicquid eſt domi cachinorum.

Ad Syrmionem patriam.

p Eninſulaꝝ ſyrmio Inſularumq;. poeta ex bithynnia in patriam ſyrmionē reuerſus: ſummo gaudio eā ſibi omnium rerum chariſſimā iuiſit: omniq; hilaritate ſalutat: uerſus autē eſt ſcazon Iambicus: ſyrmio eſt peninſula benaci: quem nunc gardę lacum uocamus in agro ueronenſi putat a multis catulli noſtri patria: quū tñ eū nō Syrmione: ſed ueronę natum eſſe ſcribat Euſebius: nūc qdē ē anguſtū cū theatri latericii reliquiis oppidum: olim aūt urbs neq; exigua neq; obſcura a pannonicis ſiue ungaris aliqñ inſtaurata: ut ego i quodam eleganti atq; antiquo grāmatici cuiuſdā epigrāmate Cōperi: ſyrmiū Itē oppidū dalmatię & ibi ſyrmiēſiū ciuitas ut ſcribit Pli. Peninſulaꝝ. peninſula Dicitur terra in mare lacūue lōge porrecta: quaſi inſula ex uno tātum ſed anguſto latere inhęrēs Continenti gręce dicitur cherſoneſus quaſi χέρσοσ terra cōtinēs & νήσοσ inſula. Ocelle. res chariſſima: nā rē charam nobis ſolemus appellare oculū noſtrū. Inſularū. Inſula terra eſt tota undiq; aquis circundata. Vterq; neptunus. i. utriuſq; & maris & lacuū numē: nā neptunus duplicē habet ptātē. ſ. in mari & lacubus dominat: uterq;. n. dixit ad utrięq; neptuni numē ſignificādū ut Mar. de diana expta ē numen moriēs utriuſq; dianę: iuiſo ad uidēdū uenio: Virg. urbis ne iuiſere cęſar: terrarū p uelis curā. Thynniā atq; bythynnos. thynnia: & bithynnia eadē ē de qua ſupius dicta ſūt multa ex Strabone ſolino plinio auctoribus: Pli. tñ bithynnię icolas duas i partes diſtribuiſſe uidet: quū ſcribat tenēt orā oēm thynni iteriora bithynni. O qd ſo. ē be. cu. tedio iutiliū negotioꝝ pegre affectus laudat qetū domi otiū: hic Ora. o rus qñ te aſpiciā qñq; licebit: nunc ueteꝝ libris nūc ſomno & iertibus horis ducere ſollicitę iucūda obliuia uitę. Curis ſo. curis ſtudioꝝ & muſarū q ſūt ab oi negotio ſolutę. Hoc ē qꝫ unū ē pro lab. tāt. ſenſus: hoc quietū otiū ē qd p tātos uitę nrę labores querimus nā oēs mortales ſuas oēs curas labores negotia ad hūc dirigūt finē ut partis diuitiis & honoribus beato fruāt otio: Ora. hac mēte laborē ſe ſe ferre: ſenes ut i otia tuta recedāt. Hero. me dño tuo. Lydię lacus uñ. bęnacū lydiā undā appellat: nā lydi thuſci ſunt: thuſcoꝝ aūt reges metropolin habuerūt Mātuā q plinio auctore thuſcorū trāſpadū ſola reliqua ſub thuſcoꝝ iure bęnaci accolę fuerūt: quos maro thuſco tarconte duce ad ęneę auxiliū cōtra mezētium profectos deſcribit Virg. Mātua diues auis ſed nō genus oibus unū: gens illi triplex populi ſub gēte quaterni ipſa caput populis: thuſco de ſanguine uires: hinc quoq; qngētos i ſe mezētius armat: Quos patre bęnaco uelatus arūdine glauca Mincius infeſta ducebat i ęquora pinu. Lydię. thuſcę ſub iure thuſco: aut uſq; Mātuam thuſcā minciū influētes: itē eodē plinio auctore rhetoꝝ & euganeoꝝ uerona ē rheti a thuſcis oriūdi: benacus aūt ueronę ē. thuſcus igit. i. lydius benacus ē: thuſci. n. habuerūt originem a lydis qui ex meonia quę poſtea lydia dicta eſt Tyrreno lydi fratre duce in eam Italię partem profecti ſunt.

## AD IPSITILLAM.

a Mabo mea dulcis ipſitilla
Meæ delitiæ: mei lepores.
Iube ad te ueniam meridiatum:
Et ſi iuſſeris illud adiuuato:
Neu quis liminis obſeret tabellam:
Neu tibi libeat foras abire:
Sed domi maneas: pareſque nobis
Nouem continuas fututiones:
Verum ſi quid ages ſtatim iubeto:
Nam pranſus iaceo: & ſatur ſupinus
Pertundo tunicamque paliumque

Ad Ipſitillam Puellam.

a Mabo mea du. ipſi. cibo potuq; ſatur atq; repletus & tētigine cōmotus ipſitillā amicā rogat: ut domi maneat multipliceſq; coitus Cat. ppa ret. Amabo. blādiētis ē aduerbium Iube. uelis: ut Terē. Iubeo chremetē ſaluere. Meridiatū. ad meridiē agēdū: dicit meridio & meridior utraq; terminatiōe teſte priſciano: & idē ē qꝫ meridiē ago ſeu tracto uñ merediationes apud Cice. i lib. de diuinatiōe legimus. Tabellā. ianuā poſtes pars pro toto: aut materia pro re denoiatio.
Noué cō. fu. noué diuerſa cōcubitus genera ſcdm elephantidis poetę libellos itelligit: quoꝝ cōcubituū meminit naſo i fine artis: & Vir. i obſcęno carmine. obſcęnas rigido deo tabellas ducēs ex elephātidis libellis dat donū lalage rogatq; tētes ſi pictas opus edat ad figuras. Pranſus. hic locus me monet ut ego mirer Cur ſeruius ſcripſerit: apud priſcos in uſu nō fuiſſe prādia: quod falſum eſſe cōſtat. Pertundo. perforo inguine tenſo & ſaliente.



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

## ADVIBENIVM.

o Furum optime balneariorum
Vibenni pater:& cinæde fili
Nam dextra pater inquinatiore
Culo filius eſt uoratiore
Cur non exilium:malaſque in oras
Itis quandoquidem patris rapinæ
Notæ ſunt populo:& nates piloſas
Fili non potes aſſe uendicare.

In Vibennios.

o Furũ optie balneariorꝝ. In uibẽnios patrẽ & filiũ Inuehit̃ alteri furta alteri ſtupra neſãda obiiciẽs moneſq; ut ab hoium cõſpectu diffugiãt: Furũ balneariorꝝ.maxie furũ q̃ furãtur i balneis ueſtes hoium ſe lauantiũ. Vibeni pater.itelligit̃ ẽt filiũ eodẽ noie fuiſſe appellatũ. In oras ma. regiões ifoelices:ubi pereatis. Quãdoq̃dẽ.pro ſiq̃dẽ.i.q̃a. Nõ po.aſſe uen.i.nates tuas piloſas a pilorꝝ ſylua liberare nõ potes totius tuę pecũię ipẽſa. Aſſe.tota pecũia:nã tota & integra ſũma cuiuſq; pecũię as dicit̃:& i duodeci uncias diuidit̃ ut Priſ.& uar.ſcribũt legit̃ & uenditare.i.uenũdare ut ſit freq̃uẽtatiuũ a uẽdo & tũc aſſem pro numo accipias:ut ſit ſenſus.Abite Roma:ubi amplius uiuere nõ poteſtis quoniã patris furta detecta ſũt:& Tu o fili piloſas nates oibus moleſtas & inuiſas aſſe uno uendere nõ potes.

## CARMEN DIANAE.

d Ianæ ſumus in æde
Puellæ:& pueri integri
Puellæque canamus:
O latonia maximi
Magna progenies iouis:
Quam mater prope deliam:
Depoſuit oliuam
Montium domina ut fores

Sęculare Carmen ſiue Hymnus.

d Ianę ſu.i ſi.p.Puellę in tẽplo dianę ſeculare hymnũ celeberrime cõcinũt petẽtes a dea mẽſiũ tẽporis et anni duce foelices oium frugũ & fructuũ prouẽtus:ac romanę gẽtis ſoſpitatẽ. In fide.i.tutela:ut Ter.in eunucho tuę me cõmẽdo ac cõmitto fidei: alii legũt ęde.i.templo:utra lectio ſit probabilior:uerſus deprauatus ſyllabarꝝ q̃titate non diſcernit:nã tres primi uerſus nullã certã:nec ſecũ:nec cũ ſequentibus uerſibus dimenſionẽ habent:poſt.n.tres primos:reliqui fere oẽs ſũt glyconici ex ſpõdeo & duobus dactylis:alii uero ſũt dimetri trochaici ex duobus trocheis & duobus iãbis alii ex duobus iãbis & duobus trocheis icerta uerſuũ oium diſtributione ſequenti. Integri.incorrupti omni libidine intacti pudici. Puellę Canamus. hic uerſus ut puto deprauatus eſt:nam una ſyllaba breuior eſt ſuperioribus. Puellę canamus.nam quamuis pueri etiam his hymnis intereſſent ſolę tamen puellę dianę laudes decantabant: pueri uero apollini pęanes celebrabant:unde Oratius dianã tenerę dicite uirgines:intonſum pueri dicite cynthiũ aliquando uero pueri & puellę ſimul ſeculare Carmen canebant:ut apud Oratium phębe ſyluarum que potens diana lucidum coeli decus o Colendi. Quam mater prope deliam depoſuit oliuam. In egeo pelago Delos inſula eminet & illi circunſtantes cyclades habet urbem in plano poſitam & apollinis atq; latonę templum:Cynthus autem mons ſublimis & aſper incumbit: urbi hanc inſulam priſci ortygiam nominarunt: fabulę autem tradunt latonam hoc in loco pariendi ſoluiſſe dolores apolline ſimul & diana in lucem editis:Delos autem uocata fuit quoniam ut ſcribit Ariſtoteles repente apparuit nata:nam δῆλοσ manifeſtus dicitur:uel ut ſentit Macrobius quia ortus ẽ quaſi partus luminum omnia facit δῆλα ideſt aperta clareſcere. Mater.latona:quam phyſici terram uideri uolunt:legito Macrobium in libro primo:hanc fabulam latiſſime interpretantem. Depoſuit.in lucem edidit Prope oliuam deliam.utrum Catullus an ſtrabo errauerit me latet:nam ſtrabo libro decimo delon deſcribens & latonę partum de hac oliua nullum uerbum protulit:ſed libro.xiiii. In ionię deſcriptione poſt epheſi mentionem ait:paulo ſupra mare eſt ortygia lucus omnis generis materię pulcherrimus pręſertim Cypariſſo per eum Cenchrius amnis fluit:in quo dicunt latonam ex partu lotam:nã hoc in loco fabulantur:et partum eius & nutricem & aditum in quo peperit: & proximam oleam ad quam tradunt eam primo poſt partum quieuiſſe: ex his ſtrabonis uerbis planum eſt ortygiam eſſe lucum ionię in quo latona poſt partum oliuę incubuerit: Catullus autem clare ait latonam apud deliam oliuam partum depoſuiſſe: Vtrum igitur olea illa Cui inhęſit latona Sit ut ſcribit Catullus In delo quę & ortygia dicitur an magis Sit olea ortigia ionię luco:Vterue horum auctorum nominis Similitudine errauerit aliorum ſit iududicum: mihi ſatis fuerit opinionum diuerſitatem oſtendiſſe. Montium domia ut fores.nam diana uenationũ:quę ut plurimũ i mõtibus & ſyluis fiũt dea ẽ:Or.mõtiũ cuſtos nemorũq; uirgo:quę laborãtes utero puellas ter uocata audis adimiſq; lęto diua triformis.Saltuũq; recõditorꝝ. uerſus hic ẽ hypermeter abiicit q; ultimã Syllabã colliſione inſequẽtis uerſus.

Syluarumque uirentium:
Saltuumque reconditorum:
Amniumque ſonantium:
Tu lucina dolentibus:
Iuno dicta puerperis:
Tu potens triuia:& notho es
Dicta lumine luna:
Tu curſu dea menſtrua
Metiens iter annuum:
Ruſtica agricolæ bonis
Tecta frugibus expleas:
Sis quocunque tibi placet
Sancta nomine:romulique
Antiquam/ut ſolita es:bona
Soſpites ope gentem.

Tu lucina dolentibus. apud diuerſos auctores lucina mõ iunõ mõ luna & diana legitur & recte q̃dem:nã ut ſcribit macrobius maiores noſtri lunam ac iunonẽ eandẽ putauerũt:legito macrobiũ libro primo. Lucina ut ſentit plinius a luco romę nominat̃: uel ut aſſerit uarro iuno lucina dicta eſt q̧ e terra ut phyſici dicũt lucet:uel ab luce eius:q̃ q̃ſq; cõceptus ẽ Oui.i faſtis utq; tetigit gratia lucię d̃dit tibi noia lucus uel q̃a pricipiũ tu dea lucis habes:iuno aeris arbitra ẽ. Triuia.luna:triuia dicit̃ ut uarrõi placet q̧ i triuio ponit̃ ferre i oppidis gręcis uel q̧ luna dicit̃ eẽ: q̃ i cęlo tribus uiis mouet̃ i altitudinẽ latitudinẽ & lõgitudinẽ.Notho.nõ naturali neq; legitio:ut filii ñ lehitimi dicũt̃ nothi priora ſyllaba breui & ſic legẽdũ ẽ:ut ſtet uerſus:luna eni ſuũ naturale lumẽ ñ hẽt: nã ut ſcribit macrobius q̃a ſola ipa ſub ſole ẽ & caducorꝝ iã regiõi luce ſua carẽti proxia lucẽ niſi deſuppoſito ſole cui reſplẽdet hẽre nõ potuit. A lumie.q̃d a ſole mutuat̃.Luna. uarro tñ aliud ſentire uidetur ſcribẽs luna dicit̃ q̧ ſola lucet noctu:itaq; & dicta noctiluca i palatio:nã ibi noctu lucet.Mẽſtrua.a mẽſe:quẽ curſu ſuo diebus uigitiocto fere abſoluto ɔficit:nã ut macrobius tradit maiores noſtri menſiũ initiũ ab exortu lune ſeruauerũt iõ iunoni calẽdas oẽs addixerũt lunã ac iunonẽ eãdẽ appellãtes.Expleas ipleas.Agricolę.ſingularis pro plurali numero.Soſpites.ſoſpitẽ facias:nã ut macrobius perite docet uitã noſtrã pcipue ſolet lũa moderari ſtrabo aũt libro.xiiii.ſic ſcribit artemis luna dicit̃ eo q̧ itęgros faciat ſol quoq; & luna cauſa ſunt tẽperiei aeris & peſtes & ſpõtaneę his mortes applicãt̃.bona ope.bono auxilio ſalubri aeris influentia.

## AD CECILIVM

.Oetæ tenero meo ſodali
P Velim cæcilio papire dicas
Veronam ueniat noui relinquens
Comi mœnia:lariumque littus:
Nam quaſdam uolo cogitationes
Amici accipiat ſui:meique
Quare ſi ſapiet uiam uorabit
Quamuis candida milies puella
Euntem reuocet:manuſque collo
Ambas iniciens roget morari
Quæ nunc ſi mihi uera nunciantur

Ad Cęcilium.

p Oetę tenero meo ſodali.Chartã ſuã alloquẽs iubet moneat cęcilium ſodalẽ ſuũ comi morãtẽ ut como atq; lario lacu relictis ſtati ueronã ad catullũ ſe cõferat:quoniã quędã cõſilia cuiuſdã amici h̃t poeta cũ cęcilio ɔmunicãda:ſignificatq; neq; puellę dilectę amoribus neq; alio impedimẽto cęciliũ morari debere: q̃uis a blandiſſima puella fuerit detentus.Cęcilio.catulli fuit tẽporibus:fuit itẽ ſtatius cecilius mediolanẽſis Ennii cõtubernalis ſecũdi belli pũici tpribus de quo hic nullo mõ põt itelligi. Papyre.o charta mea:alii q̃d mihi nõ placet itelligũt eẽ propriũ nũtii nomẽ.noui comi.comũ ciuitas gallię ciſalpię a gallis duce breno ɔdita:ut ſentit iuſtius:de hac ſtrabo ſcribit comũ mediocris erat Colonia ceterꝝ põpeius ſtrabo põpeii magni pater colonos i eã reſtituit:q̃s icũbẽtes rheti uaſtauerãt:ide.C.ſcipio tria hoium milia iſup adiecit.poſtmodũ diuus cęſar q̃nq; iq̃liorꝝ milia ad hitãdũ d̃duxit:e q̃bus q̃ngẽti illuſtriſſimi fuere gręci:hos ẽt ciuitate dõatos i hitatorꝝ numero deſcripſit haud tñ ibidẽ domiciliũ habuere:ſed oppido nomẽ reliquẽtes & nouũ comũ appellãtes nouocomẽſes oppidãos uocauere:huic loco finitimus lacus larius eſt. Littus.pro rippa poſuit:nam littus maris tantum eſt:ripa uero fluuiorũ & lacuum: De lario uirgili. Inquit An ne lacus tantos te lari maxime teq; fluctibus & fremitu aſſurgens bęnace marino. Vorabit.cito conficiet. Quę.puella cęcilii amica.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Illum deperit impotente amore:
Nam quo tempore legit entheatam
Dindymi dominam: ex eo miſellæ
Ignes interiorem edunt medullam
Ignoſco tibi ſaphica puella
Muſa doctior: eſt enim uenuſte
Magna cæcilii incohata mater.

Impotente.impatiente. Legit.elegit cecilius. Entheatã.diuino ſpiritu plenã:alii indotatã Legũt:ſed male. Didymi dominã.aut dindymenẽ aut cybelẽ appellatã quo noie deoꝝ mater dindymi phrygii mõtis domia uocabaᷣ:unde dindymene diciᷣ. Ignes amores:ut uirg.& cęco carpiᷣ igni. Miſerę.ſ.puellę cęcilii amicę. Edũt medullã.nã uehemẽs amor medullas iferiores calefacit atq̃ cõſumit uirg. ẽ mollis flãma medullas Ignoſco.ordo & ſenſus o puella doctior muſa ſaphica ignoſcendum eſt tibi Si cęcilii uxorem ducentis amore carperis: Et eni tãta ẽ cęcilii ſapientia ut eius uxor ex eo grauida iam magna mater uocetur:quo noie deorũ mater appellabatur. Doctior ſapphica muſa.poetica mulier mytilenęa phaonẽ mercatorem indoctũ adamauit:hęc cęcilii amica prudentius facit:quę cęciliũ pdoctũ:ac generoſũ iuuenẽ depit. Inuocata magna mater.propter ſponſi ſui ſapientiam. Inuocata. appellata:alii legunt. Inchoata magna mater cęcilii.i.iam facta pgnans incepta ẽ mater infantis cęcilii a patre nominandi.

Ad Amicam Ipſitillam.

## AD ANNALES VOLVSII.

a Nnales uoluſii cacata charta
Votum ſoluite pro mea puella:
Nam ſanctæ ueneri: cupidinique
Vouit ſi ſibi reſtitutus eſſem:
Dediſſemque truces uibrare iambos
Electiſſima peſſimi poetæ
Scripta tardipedi deo daturam
Infelicibus uſtulanda lignis:
Et hoc peſſima ſe puella uidit
Iocoſe lepide uouere diuis
Nunc o ceruleo creata ponto
Quæ ſanctum idalium: urioſque apertos:

a Nnales uoluſi cacata charta.ipſitilla ueronẽſis puella catulli amica uouerat:Si catullus ſibi foret reſtitutus:ueneri atq̃ cupidini Se fore concrematurã uoluſii iſulſi poetę ſcripta & ãnales:quos uoluſius ãbitioſus poeta pro gratia cõſequẽda puellę donauerat:nũc aũt catullus i patriã ueronã reuerſus exultat atq̃ a puella ueneri & cupidini uotũ ſolui debere uoluſii nugatoriis chartis inſultãs proclamat. Annales.qd interſit inter hiſtorias & annales ſeruius atq̃ gellius contraria fere tradentes exponunt. Voluſii. poeta fuit patauinus:unde alibi catullus ut uoluſi annales pataui moriẽtur ad urbem & laxas ſcombris ſępe dabunt tunicas. Pro mea puella.ipſitilla de qua ſuperius amabo mea dulcis ipſitilla. Reſtitutus eſſem.ſ.ueronę:unde abfui aliquãdiu in bithynnia & romę moratus. Dediſſe ipſi puellę. Iambos.meos iambicos uerſus. Vibrare.Celeriter imittere in uoluſium:allluſit autẽ ad deriuationem & uelocitatem iambici:nam iãbus ut ſcribit diomedes diciᷣ ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν ideſt a crebiter torquendo. Truces aſperos. Tardipedi.uulcanus tardipes dicitur:quia e cęlo a iunone pcipitatus:aut ut ſcribit flaccus in argonauticon.iiii.a ioue quia iunonem matrem a ſuſpendio liberauit e cęlo deiectus in lemnon cadens crus infregit: Columella quin & tardipedi ſacris iam rite ſolutis Vſtulanda.inurenda:nam uſtulare eſt inurere uirgilius in obſcęno carmie feruenti caput uſtulare ferro. Infęlicibus lignis.infęlicium arborũ lignis:priſci eni arborum alias fęlices alias infelices dixerunt nam ut macrobius tradit ueranius de pontificalibus uerbis ait:fęlices arbores putanᷣ eſſe quercus ęſculus ilex fagus corylus ſorbus ficus alba pirus malus uitis prunus cornus lotus:Tarquinus aũt priſcus in oſtentario arborario ſic ait:arbores quęq̃ inferũ deorũ auertentiũq̃ in tutela ſũt:eas iſęlices nominãt ficus nigra inter infęlices recẽſeᷣ. Nũc o ceruleo creata põto.uenus ex maris ſpuma cęli teſtibus agitata nõ procul a cytheris iſulis creata diciᷣ ide aphrodite & aphrogẽia a gręcis uocaᷣ ἀπὸ τοῦ φάρου ideſt a ſpuma:a cytheris cytherea inde i cypron inſulã propinquã quũ tranſiiſſet cypris & cyprogenia denominata ẽ:hęc heſiodus in theogonia. Sãctũ idaliũ.idaliũ & idalia cypri nemus ẽ in quo oppidũ breue ẽ:ut ſcribit ſeruius:uirg.idalię lucos:itẽ idalicũq̃ nemus:plinius aũt idaliũ cypri oppidũ ponit. Vrioſq̃ aptos.urię urbis icolas ẽ aũt uria urbs appulię i appia uia nõ lõge a uenuſia diſtãs:ubi cultã uenerẽ dicit Catullus:hic uenus appias ab ouidio dicta uideᷣ quoniã i appia uia ad uriã celebri tẽplo ſolẽniter colebaᷣ:ẽ itẽ uria lacus i ętolia Aptos.patẽtes:i loco patẽti ſitos:aut męnibus diſiectis ñ clauſos.

Quæque ancona: cnidumque arundinoſam
Colis quæque amathunta: quæque colchos:
Quæque dyrachium adriæ tabernam:
Acceptum face: redditumque uotum
Si non illepidum: neque inuenuſtum eſt:
At uos interea uenite in ignem
Pleni thuris & infacetiarum
Annales uoluſi cacata charta.

Ancona.in agro piceno ancon ciuitas eſt a ſyracuſanis condita dionyſii tyrannidem fugientibus: Sita eſt in promontorio incluſum complectẽte pontum dum ad ſeptentriones circũflectiᷣ: uini aũt ac frugum uberrima hęc ex ſtrabone:habebat item ancon ueneris templum cuius meminit ſic iuuenalis.ante domum ueneris quã dorica ſuſtinet ancon. Gnidonq̃ arũdinoſam.in carię aſiaticę partis frõte inſula eſt:quę ſeptem ſtadiorum ambitum habet theatralis & alta & aggeribus iuncta continenti faciens gnydon quodammodo biurbem:nã maxima eius pars inſulam habitat.

Arundinoſam.gnydos arundinibus abundat & piſcibus.Ouidius piſcoſamq̃ gnydõ:ibi colitur uenus:ut teſtis eſt oratius o uenus regina gnydi paphiq̃.gnydon nobilitauit uenus praxitelis opus in toto terraꝝ orbe celeberrimũ:quã ut uiderent multi gnydon nauigarũt ut ſcribit plinius. Amathũta.amathus ciuitas eſt cypri:unde cyprii amathuſii ſunt dicti:amathus ẽt urbs eſt laconię ut ſtrabo ſcribit:item amathus fluuius arcadię idem parniſus appellatus:ętate uero ſtrabõis mamaus dicebatur hic poeta de cypri urbe intellexit Amathunta item in iudęa ſcribit Ioſephus. Colchos.apud colchos cultã eẽ uenerẽ teſtis ẽ.v.flaccus i argonautis.Dyrachiũ adrię tabernã.Dyrachiũ epiri urbs olii epidãnos dicta.Rõani nomẽ mutauere qa uelut i damnũ ituris id nomẽ uiſũ ẽ.auctores mella :& plinius :Sed plius neutro genere protulit:Mella & lucãus feminino:Lucãus ilyris ionias uergens epidãnus i undas.Tabernã.hoſpitiũ.Adrię.maris adriatici:huc eni ẽ fuga nautaꝝ quũ totas adria uires mouit & i nubes abiere ceraunia. Pleni thuris.nã ex uilioribus chartis fiũt rerũ uẽaliũ iuolucra:ut pſius ait Nec ſcõbros metuẽtia carmia nec thus:& Martialis & thuris piperiſq̃ ſis Cucullus de libello ſuo iquit.Infacetiarũ.rerũ inelegantiũ & ſordidarum.

## AD CONTVBERNALES.

ſ Alax taberna: uoſque contubernales:
A pileatis nona fratribus pila
Solis putatis eſſe mentulas uobis:
Solis licere quicquid eſt puellarum
Confutuere: & putare cæteros hircos:
An continenter quod ſedetiſ inſulſi
Centum an ducenti non putatis auſurum
Me una ducentos irrumare ſeſſores

Ad Riuales ſuos.

ſ Alax taberna.Scazone Trimetro inſectaᷣ quoſdã ſotios in eadẽ officina ſeu taberna cõtubernales: Qui detinebant puellã quę a Catullo fugerat & apud hos cõtubernales candem ſubagitãtes deliteſcebat: itaq̃ illis poeta & ſtuprũ & uerbera in ſuarũ iniuriaꝝ ultionẽ minaᷣ. Salax.libidinoſa:nã ſalire ẽ coire:& fęminã inire: ouidius ſitq̃ ſalax aries:alibi nec minus erucas aptũ ẽ uitare ſalaces:Oratius teſtes Caudãq̃ ſalacẽ demeterẽt ferro. Taberna.forẽſis officina:a tabulis ex qbus cõſtat dicta uulgo dicimus apothecã. Cõtubernales.ſotii ſub eodẽ Cõtubernio habitãtes:Cõtuberniũ diciᷣ cõtubernaliũ hitatio:Cõtubernales dicũᷣ a tabernis q̃ fiebãt ex tabulis:uñ & tabernacula ſũt dicta:licet ex tẽtoriis & pellibus fiãt. Nona pila.appoſitio ẽ. Pila.officina ad pilã nonã ſtructa: ſic expſſit locũ certũ:quẽ intelligat:nã pilę in romão foro erãt quędã tãq̃ colũnę ad quas rerũ uenaliũ tabernę habebãᷣ.Mar.Nulla catenatis pcincta ẽ pila lagenis:ad has pilas i aptiſſimo ſitas ãbitioſi poetę carmia ſua ut uulgo legerẽᷣ apponere ſolebãt:Oratius nulla taberna meos hẽat neq̃ pila libellos.
A pileatis fratribus.i.a fratribus libertis oli ſeruis pileatis:hoc ẽ q̃ es pila nona i ordie poſt pileatoꝝ fratrũ ſtationẽ.Serui quũ manumittebãᷣ a dñis pilea capitibus iponebãt:uñ libertini dicũᷣ pileati.Perſius hęc mera libertas hãc nobis pilea dõat:plautus ut ſumo hoc bñficio hodie capiã pileũ. Putatis.qa ſoli meã puellã ſubagitare uultis.Hircos.riualiũ cõtẽptores hircus.n.ſolus ex oibus aialibus riualẽ ſuis fęmis nõ odit aut cauet:alia ãt fere oia aialia de uenere cũ riualibus certãt:hic ẽ q̃ hominẽ uxori ſuę riuales & adulteros ñ cauẽtẽ hircũ ſeu caprũ uulgo appellãus.Cõtinẽter.ↄtinuato ſedẽdi ordie ſine ullo iteruallo iuxta ſedeatis.cõtinẽter ↄtinuate ſine iteruallo cicero i q̃rto rhetoricoꝝ & ſi ñ utemur ↄtinẽter ſimiliter cadẽtibus:itẽ in eodẽ Repetitio ẽ quũ cõtinẽter ab uno & eodẽ uerbo in rebus ſimilibus ac diuerſis principia ſumunᷣ. Inſulſi.demẽtes ſine ingenii ſale uerbũ ẽ Catullo familiariſſimiũ. Ducẽtes.uos cum contubernalibus ueſtris. Seſſores.ſedentes frequentiſſime. Oratius in uacuo lętus ſeſſor plauſorq̃ theatro. Vna.Simul.ſe ſalaciſſimum oſtendit poeta in riualium ſuoꝝ indignationẽ. Atqui.certe.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Atqui putate: nanque totius uobis
Frontem tabernæ ſcipionibus ſcribam:
Puella nam modo quæ meo ſinu fugit
Amata tantum quantum amabitur nulla
Pro qua ſunt mihi magna bella pugnata
Conſedit iſtic: hanc boni beatique
Omnes amatis: & quidem/quod indignum eſt/
Omnes puſilli: & ſemitarii mœchi.

Náq; totius uobis frõté tabernę ſcipionibus ſcribá.i.oium ueſtrũ frõtem ita ſoporifera uirga pcutiá ut oés i ſoporé ſolutos facillime poſſim irrumare. Virgulti géus qddá é cuius uirga ſi cuipiá tépora tágant ille ſtati i profũdũ ſoporé reſoluit de quo uirgulto ſilius in.x.loqués de ſõno iquit oculiſq; quieté irrorat tágés lethęa tépora uirga ideo apud uirgiliũ ſõnus fingit ramo lethęis aqs madido palinuro tempora pcuſſiſſe atq; i altiſſimũ ſoporé reſoluiſſe. Puella.icertũ é an de leſbia: an de ipſitilla: an de alia loq̃tur puella. Iſtic.apud uos. Boni.Ironicos. Beati.ut uidemini uobis iudiſſe dixit. Puſilli: contemptibiles & uiles: Iuuenalis.nec un q̃ Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli: alias puſillus paruus dicitur. Martialis puſillum pro puſillanimé poſuit. Semitarii.uulgares & i ſemitis ad uulgaria & uilia ſcorta uerſãtes: ná uiliores homines i ſemitis & ágiportis ad uiles mulierculas iſpectádas captádaſq; uerſantur.

## AD EGNATIVM.

t V præter omnes une de capillatis
Cuniculoſæ celtiberiæ fili
Egnati opaca quem bonum facit barba
Et dens ibera defricatus urina
Male eſt carnifici tuo catullo
Male eſt me hercule & laborioſe
Et magis ac magis indies & horas:
Quem tu/quod minimum facillimumque eſt/
Qua ſolatus es allocutione?
Iraſcor tibi/ſic meos amores?
Paululum quod lubet allocutionis
Mœſtius lachrymis ſimonideis
Egnatiuſque candidos habet dentes
Renidet uſquequaque ſeu ad rei uentum eſt
Subſellium cum excitat orator fletum:
Renidet ille: ſeu ad pii rogum filii
Lugetur: orba quom flet unicum mater.
Renidet ille quicquid eſt: ubicunque eſt
Quodquunque agit renidet: hũc habet morbum
Neque elegantem (ut arbitror) neque urbanum:
Quare monendus es mihi bone egnati:
Si urbanus eſſes aut ſabinus aut tyburs
Aut parcus umber: aut obeſus hetruſcus
Aut lauinius acer atque dentatus:
Aut tranſpadanus ut meos quoque attingam/
Aut quilibet qui puriter lauit dentes
Tamen renidere uſquequaq; te nollem
Nam riſu inepto res ineptior nulla eſt:
Nunc celtiber celtiberia in terra
Quod quiſque mixt hoc ſol & ſibi mane
Dentem atq; ruſam defricare gingiuam.
Vt quo iſte ueſter expolitior dens eſt
Hoc te amplius bibiſſe prædicet lotus:

Ad Egnatium.

t V pręter oés une de capillatis.i uehitur i egnatiũ natiõe hiſpanũ qui nulla locoꝝ: rerũ: téporũ rõne habita ieptiſſime ridebat i aduerſis hominũ rebus i lętis aũt iſulſiſſimos cachinos effũdebat: ridédi eni atq; cachiná di morbo laborabat: icertũ habeo an hic ſit lutius egnatius eques romanus qué cicero i.xiii.epiſtolaꝝ ſibi familiariſſimũ fuiſſe aſſeuerat uerſus diſſimiles ſunt ná primi ſũt ſcazones interdũ iterpõitur hendecaſyllabus: non nulli uero deprauati ut opinor ac corrupti diméſione carét. Pręter oés.ſupra oés. Vne.pcipue uir. Tum ſenior nautes unũ tritonia pallas qué docuit. Celtiberię.hiſpanię pars é taraconenſis i qua celtiberi ɔtinétur populi: ex celtis gallis i eam iberię parté delati: & inde miſto nomie nũcupati. Lucanus. Galloꝝ celtę miſcentes nomé iberis. Cuniculoſę.cauernoſę: & plurimis effodiédoꝝ metalloꝝ cauernis & cuniculis eſt pleniſſima: ibi.n.pręter cęteras regiões aurũ: & argentum effoditur copioſe. De capillatis une.ideſt pręcipue de oibus capillatis nam hiſpani longas nutriunt comas: Martialis hiſpanis ego contumax capillis. Egnati.fortaſſe denominatus ab egna quam ſtrabo inter hiſpanas urbes recenſet. Et item egnatia urbs apulię in uia quę per daunios ſamniteſq; uſq; beneuentum tendit. Opaca.denſa & obſcura. Facit bonum.probum eſſe oſtendit. Et dens ibera.hiſpani adeo ſordidis moribus uiuunt ut ex urina diu inter cloacas collecta ſibi lauacra faciant ſtrabo de his ſcribit: hiſpani nulla educatione inſtituti: ſed neceſſitatis magis & brutorum animantium affectione & deprauatis moribus uitam agunt niſi quiſpiam ad educationem bonam eos uitam degere exiſtimet: qui ex lotio diutius inter cloacas ſeruato lauacra ſibi conficiant quiq; ſibi ſuiſq; uxoribus intritis purgamentis dentes obſtergeant quemadmodum cantabros confineſq; illis factitare fama eſt. Male eſt tuo catullo.ideſt ego tuus catullus male me habeo.hic poetę in egnatiũ iracundia excandeſcit: qui quum eſſet in luctu ac męrore egnatius ad ipſum accedens cõſolandi gratia riſus & cachinos effudit.hic igitur merito poeta conqueritur. Carnifici.ſe crucianti. Quem.me catullum. Qua.quali? percontatio quaſi dicat quá iportuniſſima me ſalutaſti allocutione meis erũnis minime conuenienti. Meos amores.quos perditos męrore proſequebar. Sic meos amores.ſ.ſolatus es? ſic.tam inepte ridendo quum potius flere deberes: nam ut pręcipit Quintilianus in.xi.nec iocis lachrymas ubi opus erit ſed miſeratiõe ſiccabimus. Paululũ quodlibet allocutiõis męſtius lachrymis ſimonideis.hic locus mácus ac maxime deprauatus nullam accipit interptationé uerſuum.n.circiter trium oratio & ſéſus deeſt. Lachrymis ſimõideis.i.lachrymabili ɔmiſeratiõe tali q̃les ſimõides defũctos uita deflés cõſcripſit. Simõides ex inſula coea oriũdus lyricus poeta iſignis ac bacchilidę lyrici patruus cõdédoꝝ carminum auctor egregius θρήνους idé lamentationes quas alii ἐπιτάφια dixerũt.i.funebres orões optie oium cõſcripſit. Ná teſte fabio pcipua eius é uirtus i cõmédáda miſeratiõe: hic iter cęteras funebres laudatiões ſingulari carminũ cõmiſeratione pſecutus fuit Cõuiuas ſuos apud ſcopan theſſalum coenaculi ruina colliſos unde ét artificioſę memorię obſeruationé repiſſe tradit. Simonideis.i.talibus & tam moeſtis q̃libus ſimõides defũctos ɔfle ut Or.de Simonidis orõne flebili: cęę retractes mũera Nenię. Rei.reus dicit nõ ſolũ noxius & accuſatus ſed ét qcũq; cuius cá i iudicio agit. auctor cicero. Ridet át cõtra naturę legé Ná ut ait iuue.plorare ergo iubet cám lugentis amici ſqloréq; rei. Ad pii rogũ filii Iuue.naturę impio te mius cũ funus adultę uirgis occurrat uel terra claudit iſás & mior igne rogi. Subſelliũ tribũal iudicii. Subſellia ut aſconius expõit ſũt inqbus triũuiri Tribũi.plę.q̃ſtores: & alii miores magiſtratus ius dicebát. Vrbanus.urbis & ciuitatis moribus iſtitutus. Aut ſabinus. Ná ſabini graues & Rigidi fuerũt Ora.uel gabiis uel cũ rigidis ęq̃ta ſabinis. Tyburs. Tiburtius. Tibur oppidũ Argeo poſitũ colono i latio dicatũ herculi. Vmber.ũbria pars thuſcię: plinius: umbroꝝ gens Antiq̃ſſima italię exiſtimabitur. ut quos umbros a gręcis dictos putét: q; in undatiõe terrarũ ibribus ſupfuiſſent: Hetruſcus ité hetruria thuſcię pars latio finitima interdũ pro tota thuſcia ponit. Obeſus.ppinguis: alias obeſus graciléntũ ſignat. ut ſcribit Gellius. Acer.fortis. Tráſpadáus.regio tráſpadana a pado appellat tota é mediterráea ultra padũ uſq; ad ɔfinia protédit uenetię: quá plinius a tráſpadana regiõe ſepat: Sed catullus uenetiá i qua é uerõa i tráſpadáis itelligit: quũ dicit ut meos quoq; attigá. Renidere.ridédo abbládiri. Riſu iepto.difinitio cachini. Ruffá.rubrá. epithetõ gigiuę: Vt quo iſte ueſter expolitior dens é.ſenſus é.adeo qſq; matutia ſui urina lauat gingiuá & denté ut quáto terſior & expolitior é dens ueſter: táto plus urinę uos bibiſſe ſignificet. Quo.quáto. Hoc.táto. Lotus.dens ueſter. Pręedicet.publice ſignificet: legit &. Amplius lotii.i plus urinę: lotiũ.n.urina é.

## AD RAVDVM:

q Væ nam te mala mens miſelle raude
Agit præcipitem in meos iambos?
Qui deus tibi non bene aduocatus
Vecordem parat excitare rixam?
An ne ut peruenias in ora uulgi?
Quid uis qualibet eſſe notus optas:
Eris quandoquidem meos amores
Cum longa uoluiſti amare pœna:

In raudum riualem.

q Vę ná te mala més miſelle raude. excádeſcit i raudũ riualé ſuũ: q poetę amicá aut amabat aut abduxerat: miat itaq; illi catullus rabioſá iambicoꝝ uerſuũ ultioné: quoniá Raudus nulla alia rõne i uulgi ora deuenire potuiſſe uidet. Mala més.malũ cõſiliũ. Raude.alii legũt rauide: ſed ñ ſtat uerſus.niſi forte p ſyncopé proferat Raudus uel raudũ dicebat ęs ab antiqs ut uarro & feſtus ſcribũt. In meos iábos.i meá iracũdiá & rabioſũ odiũ ab effectu cám itelligi uoluit. Nõ bñ.male. Excitare.mecũ cõtrahere. An ut puenias in ora uulgi.qñquidé laudibus i hominũ noticiá atq; cognitioné deuenire nõ pőt: meis famoſis uerſibus cupis cũ tuo dedecore dignoſci. Meos amores.meá puellá. Cũ pęna.cũ infamia. Lõga.lõgo tépore i carminibus meis duratura. Qualibet.per quálibet rationé & uiam uel per famam uel per infamiam.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Cme an illa puella deſututa. catullus acmes meretriculę blanditiis ac deliciis pellectus illi (ut amantes ſolent) promiſerat p codicillos decem milia nummum puella uero credens ſibi rem factam allatis codicillis iure promiſſionis a Catullo decem milia popoſcit poeta Itaq; in Iracondiam exit exclamans Illa ne agme totiens fututa poſcit a me tota illa decem milia reddat mihi meos codicillos. Acme nomen meretriculę puto legendum eſſe per. c. nam ἡ ἀκμὴ Vigor dicitur & flos ętatis quod nomen conuenit puellę: Acmen iulię Auguſti filię ancillam cęſaris iuſſu iteremptá ſcribit ioſephus. An illa puella. interrogatiue & cum percō/tatione legitur. Legitur & ancilla pro an illa quod non placet. Deſututa cum uehemente iracundia dixit quaſi ſit ratio cur tam impudicę mulieri nullum ſeruetur promiſſum: aut nihil illi omnino credatur. Tota. integra. Decem milia. ſ. nummornm. Iſta turpiculo. hę omnes uituperatiões cū ingenti ſelle dicuntur tā q̃; rationes & argumenta contra fidem meretriculę ut omnino nihil illi ſit credendum: nā tam deformi mulieri quicq̃; tam grande ſerio promitti non eſt uériſimile. Decoctoris. decoctor is dicitur qui grandi ęre alieno oppreſſus credito/res fallés aufugit: formiani: utrum mamuram formianum an alium intelli/gat Vide. Propinqui quibus é puel. cu. hęc dicit ut eius petitioni fidem deroget quaſi non ratione ſed inſania moueatur ad poſcendum. Qualis ſit. an inſana: an ęgrota: an phrętneti/ca: an cerita. Imaginoſum. laruaꝝ imaginationes. Solet. ſ. uidere. Medicos. ut mediam pertundant ue/nam furētis. Iocum me putat. ideſt ridiculum me habet: aut quia me decipit: aut quia p pugillaria petit ea quę minime debeat. Pugillaria. meas tabellas in quibus amatoria promiſſa continentur. Myrmice. tarde gra/du formicino nam. ἡ μύρμηξ for/mica dicit᷑. Ac modeſte. gradu ma/tronali: & bene incedere dixit quod é proprie grauium perſonarum: Alii le/gunt moleſte ſed non conuenit cú pręcedentibus uerbis. Ore. rictu. Nō facis. non ęſtimas uno aſſe: aut lupanaris quęſtum minorem uno aſſe facis tā uilem tui corporis proſtitutiōem aua/ra facis. Olidum. epitheton lupanaris: Oratius. Contra alius nullam niſi oléti i fornice ſtanté. Et iuuenalis. Fu/moq; lucernę fęda lupanaris tulit ad puluinar odoré. Ruboré. uerecūdiā pudoré: q oris ſubito rubore demon/ſtrat᷑. Ferreo. duro. Canis. rabidi Ratio. oratio: aut conſiliū.

## DE ACME PVELLA.

Acme an illa puella deſututa:
Tota milia me decem popoſcit?
Iſta turpiculo puella naſo
Decoctoris amica formiani:
Propinqui quibus eſt puella curæ:
Amicos medicoſque conuocate.
Non eſt ſana puella: nec rogate
Qualis ſit: ſolet hæc imaginoſum.
Adeſte ændecaſyllabi quot eſtis
Omnes undique quo quot eſtis omnes.
Iocum me putat eſſe mœcha turpis:
Et negat mihi ueſtra redditturam
Pugillaria ſi pati poteſtis:
Perſequamur eam & reflagitemus:
Quæ ſit quæritis illa quam uidetis
Turpe incedere myrmice ac moleſte
Ridentem catuli ore gallicani
Circumſiſtite eam: & reflagitate
Mœcha putida redde codicillos
Redde putida mœcha codicillos.
Non aſſis facis olidum lupanar:
Aut ſi perditius poteſt quid eſſe
Sed non eſt tamen hoc ſatis putandum:
Quod ſi non aliud poteſt ruborem
Ferreo canis exprimamus ore:
Conclamate iterum altiore uoce:
Mœcha putida redde codicillos:
Redde putida mœcha codicillos:
Sed nil proficimus nihil mouetur:
Mutanda eſt ratio moduſque nobis
Si quid proficere amplius poteſtis:
Pudica & proba redde codicillos.

## DE AMICA FORMIANI:

ſ Alue nec minimo puella naſo
Nec bello pede: nec nigris ocellis
Nec longis digitis: nec ore ſicco
Nec ſane nimis elegante lingua:
Decoctoris amica formiani
Ten prouincia narrat eſſe bellam?
Tecum leſbia noſtra comparatur?
O ſæclum inſipiens & infacetum.

In Acmen Puellam:

s Alue nec minimo puellæ naſo. inſectat᷑ & exagitat eandé acmen omné fere puellaré deformitaté obii/ciens illi: quę & bella eé dicebat᷑. & cū leſbia inepte atq; iniuſte compabat᷑. Nec mi. maxio: naſi magnitudo cū i uiris ſit deformis i muliere deformior hét᷑. Nec bel. pe. aut tortuoſo: et claudo aut nimis lōgo. pedis. n. longitudo i puella laxioris naturę ſuſpicioné fa/cit: uñ. Oui. i. iii. amoꝝ de puellari uéuſtate loqués ait Pes erat exiguus: pedis é aptiſſima forma. Nec ni. oc. oculoꝝ & ſupcilioꝝ nigricies i muliebri uéuſtate quérit᷑: nā q̃ mulieres natura nigra nō hébant ſupcilia denigrabát arte: quod tetigit iuuenalis ſcribés ille ſupercilıū madida fuligine tinctū obliqua producit acu pingitq; tremétes attollés oculos. Nec longis di. nec ore ſi. quę oia inſigné deformitaté faciūt: iuuenalis ſicco uenit altera naſo & Iam grauis es nobis & ſępe emungeris. Lingua. oratione quę plurimum poteſt ad amorem & gratiam comparandam.

## AD FVNDVM.

o Funde noſter: ſeu ſabine ſeu tyburs:
Nam te eſſe tyburté autumát qbus nō eſt
Cordi catullum lædere: at quibus cordi eſt:
Quouis ſabinum pignore eſſe contendunt:
Sed ſeu ſabine ſiue uerius tyburs:
Fui libenter in tua ſuburbana
Villa alia qui tam pectore expulſus ſum
Non immerenti q̃ mihi meretur mens:
Dum ſumptuoſas appeto dedit cœnas:
Nam ſextianus dum uolo eſſe conuiua
Orationem munacii petitorum
Plenam ueneni & peſtilentiæ legi:
Hic me grauedo frigida & frequens tuſſis
Quaſſauit uſquedum in tuum ſinum fugi
Et me recuraui ocioque & urtica.
Quare refectus maximas tibi grates
Ago: meo quod non es ulta peccatum:
Nec deprecor iam ſi nefaria ſcripta
Sentire cepſo: quin grauedinem & tuſſim
Non mihi ſed illi ſextio ferat frigus:
Qui tunc uocat me cum malum librum legit.

Verſus Scazon de Agro ſuo.

o Funde no. ſeu ſabine ſeu tyburs. Agro ſuo tyburtino ſeu ſabino gratulatur agitq; maximas grás: q ab eo ſit cōmodiſſime hoſpitatus ac libé tiſſime i eius uilla p aliquot dies moratus: quū a Sextii cōuiuio incōmodiſſi/mo euaſiſſet. Sabini latii populi tyburtinis cōfines unde diſſenſio erat utrū Catulli prędiū iter Sabinos an magis i tyburtinis recéſeret᷑. Plini. Sabini ut qdá exiſtimauere a religione & deoꝝ cultu ſeuini appellati ſunt: Aulus Gel/lius ex. M. Var. ſnia refert Sabellos & ſaunites a gręcis appellari eos q a lati/nis Samnites dñr qui a ſabinis orti fuerunt. Autumát. opinátur: céſent exiſtimant. Nō eſt cordi. nō placet. Lędere Catullū. qui fundū ſuū Tyburté appellari uult. Alia q tam pectore expulſus ſim. ſenſus é. qui ego Catul. ex alia uilla ſextiana ſum ob eius incōmoda expulſus tá merito pectore q̃; mihi mea mens & aius malo conſilio illac ductus meret᷑. Alia. ex alia uilla ſextii. Pectore nō imeréti. mei pe/ctoris meriti tuſſim & exagitationem grauedinoſá aer. n. ibi grauedinoſus eſt. Dedit. uilla ſextii. Sextianus. i. Sextii pro quo egregio ciue romano Tullius orauit extatq; adhuc Cicero/nis pro Sextio Oratio. Munatii. Munatius plancus orator non incelebris fuit Ciceronis temporibus. ac ut quibuſdam placet Cicero/nis diſcipulus. Petitoꝝ. ordo eſt orationé petitoꝝ Munacii. i. petitioné ipſius munacii. Veneni. rabiei uenenoſę criminatiōis. Peſtilétię. peſtiferoꝝ ſceleꝝ ac cōuicioꝝ: ſcelerata. n. cōuicia uenenū ap/pellat: ut ſupius ſuphenū oia colligá uenena. Otio. qeta tráqlla & otioſa. Vrtica. aut pro quacūq; uilli herba aut qa urtica medet᷑ tuſſi ut ſcri. Pli. de urticę medicinis. legas Pli. li. xxii. é Item urtica marinus piſcis q a gręcis dicit᷑. ἡ ἀκαλήφη Deprecor. recuſo. Virgilius. Eqdé merui nec depcor inquit de huius uerbi ſignificatis plura differit Gellius. Cepſo. icepero ſiue icipiá futuꝝ átiquū imitatiōe gręca Sentire. audire uix auribus admittere. Grauediné. catharrú. Non mihi ſed ſextio. urbane dictū.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## DE SEPTIMIO.

a Cmen ſeptimius ſuos amores
Teriens in gremio: mea inquit acme
Ni te perdite amo: atq; amare porro
Omnes ſum aſſidue paratus annos:
Quantum qui pote plurimum perire
Solus in libya indiaq; toſta
Cæſio ueniam obuius leoni.
Hoc ut dixit amor ſiniſtra ut ante
Dextra ſternuit approbatione:
At acme leuiter caput reflectens:
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore ſuauiata
Sic inquit: mea uita ſeptimille
Huic uni domino uſq; ſeruiamus:
Vt multo mihi maior acriorq;
Ignis mollibus ardet in medullis:
Hoc ut dixit amor ſiniſtra ut ante
Dextra ſternuit approbatione:
Nunc ab auſpicio bono profecti
Mutuis animis amant amantur:
Vnam ſeptimius miſellus acmen
Mauult q̄ ſyrias britanniaſq;.
Vno in ſeptimio fidelis acme
Facit delicias libidineſq;.
Quis ullos homines beatiores
Vidit? quis uenerem auſpicatiorem?

De Septimii Amoribus.

a Cmen ſeptimius ſuos amores. ſe
ptimii & puellę acmes amātium
amores fęliciſſimos auſpicatiſſimoſq;
deſcribit: quorum arctiſſima uincula
amatoria deliciaſq; uenereas ab amo
ris deo confirmatas oſtendit. Perdi
te. miſere ac uehementiſſime: In li
bya. ibi. n. & i india pręcipui & magni
tudine & feritate naſcuntur leones.

Ceſio. ceſiorum oculorum: Ceſius.
n. dicit̄ oculorum color ceruleus ſeu
glaucus quales oculos habere dicitur
pallas: Vnde ceſia dicta eſt grecę autē
γλαυκόπισ appellatur quia habeat
oculos noctuę ſimiles ideſt glaucos:

Siniſtra. a ſiniſtra parte dicētis: quę
dei amoris dextera eſt: Nam quę no/
bis ſiniſtra ſūt deo & cęlitibus dextra
dicuntur unde Virgilius itonuit leuū.
Nam auguria & ſigna quę a ſuperis
ueniunt ſi a ſiniſtra ueniunt proſpera
habentur. Sternuit. Innuit unde fre/
quentatiuum ſternuto. Huic domi/
no. amori cuius ſtatuam habemus a ſi
niſtris. Ignis. igneus amor. Syrias
britanniaſq;. plurales pro ſingulari/
bus numeris: & pro quibuſcunq; pro/
uinciis. Vnam. precipuā & ſolam.
Auſpicatiorem. fęliciorem ab auſpi
ciis feliciter captis omnium rerum ini
tia ſumebant antiqui. Legito liuium li
bro primo ab urbe cōdita: & Cicero/
nem ſecundo de diuinatione.

## AD SE IPSVM.

i Am uer egelidos refert tepores:
Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundis zephyri ſileſcit auris:
Linquantur phrygii catulle campi:
Niceæque ager ruber æſtuoſæ:
Ad claras aſiæ uolemus urbes.
Iam mens prætrepidans auet uagari:
Iam læti ſtudio pedes uigeſcunt.
O dulces comitum ualete cœtus:
Longe quos ſimul a domo profectos
Diuerſæ et uariæ uiæ reportant.

Ad ſe Ipſum:

i Am uer egelidos refert tepores:
ſe ipſum hortatur ut tepido uere
incipiente e phrygia tranſeat in maio
rem aſiam ſimul comitibus ſuis ſecum
in bythynniam phrygiamq; profectis
uale ultimum renunciat. Ver. uer/
num tempus nam in phrygia hyema/
uerat poeta. Refert. reducit. Te/
pores. tepidiores dies. Egelidos. pa/
rum gelidos e p̄ępoſitio iminuit hu/
ius uerbi gelidi ſignificatum: iterdum
uero egelidus nimiū gelidū ſignificat Vir. in. viii: ut procul egelido ſecretū flumine uidit. Furor inſa
nus & furens uentoꝝ impetus Eurus eni ſiue ſubſolanus uſq; in uernū tēpus furit: ingreſſo autē uere ſi/
leſcit ſpirante eius cōtrario Zephyro. Cęli ęqui. ab ęqnoctiali ortu flat eurus: qui latine nauticus &
ſubſolanus dicit̄ gręce apheliotes ut ſentit gellius. Plinius. aūt ab ęqnoctiali ortu flare aphelioten q &
ſubſolanus dicitur ſcribit: Eurum autem & alium uentum eſſe & alia ex cęli regione uenire aſſerit.

Phrygii cāpi. phrygię cōtermina ē
bithynnia cuius metropolis fuit Ni/
cęa iuxta lacū aſcaniū: ibi cāpus ingēs
& ualde fęlix circūſtat: ſed ęſtate non
admodū ſalubris: ideo Cat. ait Nicęę
q; ager ruber ęſtuoſę. Nicęā primus
cōdidit Antigonus philippi filius: &
Antigoniā noiauit: Poſtea lyſimacus
quā ab uxoris filię Antipatri noie Ni
cęā appellauit: urbis ambitus ē ſtadio
rū ſexdecim: Nicęa prius oluia & pru
ſias dicta fuit ut ſcribit plinius: Itē al/
tera fuit ſub hippio monte. Lęti. fe/
ſtini: ut uella dabant lęti. Trepidās. feſtinans. Diuerſę. ex diuerſis locis porrectę. Varię. diſſimi/
les. Reportant. in patrias ſuas aut a patria in phrygiam.

## AD PORTIVM ET SOCR.

Orti: & ſocration: duæ ſiniſtræ
Piſonis ſcabies fameſque mēmii
Vos ueraniolo meo & fabullo
Verpus præpoſuit priapus ille.
Vos conuiuia lauta ſumptuoſe
De die facitis: mei ſodales
Quærunt in triuio uocationes.

In Portium & Socrationē:

p Orti & ſocration duę ſiniſtrę. in
portiū & ſocrationē Impudicos
adoleſcētes ſcribit notās eos magna
infamia: q ſtupri meritis a piſone p̄to
re p̄poſiti ſint aliis duobus adoleſcen
tulis. ſ. uerānio & fabullo. Aptiſſime
poeta idicat portiū & ſocrationē fuiſ
ſe Piſonis hiſpanię p̄toris quos p̄tor
uerānio & fabullo contemptis prępo
ſuit: hoc itaq; moleſte ferēs catullus i
hos Cinędos exclamat o porti & So/
cration. Siniſtrę. noxię infęlices peſ
ſimę. Scabies. peſtes ſcabioſę ac peſtiferę libidines. Aut ſcabies. foeditates & hoc totum oio ama/
rulēte dictū ē. Fames. famelici cōcubini aut. Fames. auaritia. Mēmi. Mēmiū prętorē ait de quo
ſupra o Mēmi bene me ac diu ſupinū. Priapus ille. Piſonis mentula. i. Piſo p̄tor mentulatus pars pro
toto. Verpus. circūciſus recutitus: nā Romani ſiue quicūq; alii gētiles in iudeorum ſectā tranſeuntes
genitalia primū circuncidere cogebantur: ut ſcribit Tacitus nō igitur mirum ſi a Catullo romanus Pi
ſo per ſatyricam deriſionem perinde ac iudeus circunciſus notetur. Verpus. proprie dicitur iudeus
circunciſus. Martialis. Dilapſa eſt miſero fibula uerpus erat. Prępoſuit. pręſtantiores elegit: & illis
antepoſuit contemptis meis ſodalibus. Vos de die facitis. ex magna apud piſonē auctoritate ueſtra.
Sumptuoſe. prodige. Mei ſodales. uerānius & fabullus: qui hoc idem olim potuerūt apud piſo
nem quod nunc uos poteſtis. Lauta. ad delicias: ſumptuoſa ad Copiam & magnificentiam refert̄:
hęc duo faciunt omne conuiuium eſſe probandum. Quęruut. quia mendicare quaſi cogunt̄. Vo
cationes. inuitationes: ut ab aliquo ad conuiuium inuocentur. Inde qui iuitabant uocatores dicebant̄.
Martialis. iam dices mihi uapulet uocator. Quęrunt. quia egent conuiuio: quum uos tam ſumptuo/
ſe conuiuia faciatis.

## AD IVVENCIVM.

Ellitos oculos tuos iuuenci
Si quis me ſinat uſque baſiare:
Vſque ad milia baſiem trecenta

Ad Iuuencium adoleſcentem.

m Ellitos oculos tuos iuuenci. face
te atque amatorie ſcribit ſe nul/
la oſculorum iuuēci uenuſtiſſimi pue/
ri Copia ſaturari poſſe: hic eſt ille iu/
uēcius de quo ſupra. o Qui floſculus
es iuuenciorum: & alibi Circa operis
finem. Surripui tibi dum ludis mellite
iuuēci ſuauiolū dulci dulcius ambro/
ſia. Vſq; ad milia baſiem trecenta. ardentem pii animi affectum intimum q; amorem penitus expreſ
ſit: Nam ut Plinius libro. xi. Inquit: oculos quum oſculamur animum ipſum uidemur attingere.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Mellitos.dulci amore plenos. Vſ
ɑ.ſępe. Seges.denſitas. Virgilius:
Telo℞ ſeges.& iaculis icreuit acutis.

Ad Ciceronem.

d Iſertiſſime Romuli nepotum.Ci
ceroni patrono ſuo maximas a/
git gratias:ac modeſtiſſime Carminũ
ſuorum merita deprimit.

Ad Licinium Caluum.

h Eſterno licini die otioſi.Ad lici/
nium caluum poetam ſcribit ſe
neq; Cibum neq; ſomnum capere po
tuiſſe:poſtea q̃; eius pręſentia iucũdiſ
ſima priuatus fuerit. Mutua.ſcili/
cet carmina. Per iocum atq; uinũ.
per iocoſum conuiuium:ſic ſupra:nõ
belle uteris in loco atq; uino. Poe/
ma.carmen. Hunc.dolorem meũ:
Audax.temerarius improbus. Ca
ueas.euites. Oramus caue deſpuas
ocello.caue breui ſc̃da protulit a ter/
tia coniugatiõe.Sic Or.Vade uale ca
ue ne titubes mãdataq; frãgas:Prop.
Tu caue noſtra tuo contemnas carmi
na faſtu.Deſpuas.contemnas:perſius
Deſpue quod nõ es Tollat ſua mune/
ra cerdo:Nemeſis dea ẽ ut ſcribit Ma
crobius que colitur cõtra ſuperbiam
ſuperboſq; perſequitur:Nemeſeos ſi/
mulacrum ab agoracrito ſtatuario fa
ctum coluit Rhamnus atticę pagus:
huius Item deę ſtatua Romę in capito
lio erat q̃uis latinum nomen non ſit:
ut ſcribit Plinius libro.xxviii.

De Leſbia

i Lle mi par eſſe deo uidetur.ue/
nuſtatem atq; ſuauiſſimum Leſ/
bię amorem laudat ſignificans ſe p
otium quod eſt omnium fere amo℞
& malorũ cauſa:uenuſto leſbię amo
re captum eſſe. Dulce.dulcem ri
ſum: quod qui dulcis riſus. Ois
eripit ſenſus mihi.me facit attonitum
& exanimatum. Nihil eſt ſuper mi.
ideſt poſtea q̃ te aſpexi adeo ſio atto/
nitus & pene amẽs:ut nullum mihi ſu/
per ſit uerbum quod ego amẽs lo/
qui poſſim:*hic deeſt in omnibus fe
re codicibus uerſus adonius: Sed ex
ſuperioribus atque ſequentibus uer/

Nec unquam ſaturum inde cor futurum eſt:
Non ſi denſior aridis ariſtis
Sit noſtræ ſeges oſculationis.

AD M. TVLLIVM CICERONEM.

d Iſertiſſime romuli nepotum:
Quot ſunt:quotque fuere marce tulli:
Quotque poſt aliis erunt in annis:
Gratias tibi maximas catullus
Agit peſſimus omnium poeta:
Tanto peſſimus omnium poeta:
Quanto tu optimus omnium patronus:

SD LICINIVM CALCVM.

h Eſterno licini die ocioſi
Multum luſimus in meis tabellis:
Vt conuenerat eſſe delicatos
Scribens uerſiculos uterque noſtrum:
Ludebat numero modo hoc modo illoc:
Reddens mutua per iocum atque uinum:
Atque illinc abii tuo lepore
Incenſus licini:facetiſque:
Vt nec me miſerum cibus iuuaret:
Nec ſomnus tegeret quiete ocellos:
Sed toto indomitus furore lecto
Verſaret cupiens uidere lucem:
Vt tecum loquerer ſimulque & eſſem.
At defeſſa labore membra poſtquam
Semimortua lectulo iacebant:
Hoc iocunde tibi poema feci
Ex quo perſpiceres meum dolorem:
Hunc audax caueas:preceſque noſtras
Oramus caue deſpuas ocello:
Ne pœnas menſis repoſcat a te:
Eſt uæhemens dea lædere hanc caueto.

AD LESBIAM.

i Lle mi par eſſe deo uidetur
Ille ſi fas eſt ſuperare diuos:
Qui ſedẽs aduerſus idẽtidem te
Spectat:& audit
Dulce ridentem:miſero quod omnis
Erripit ſenſus mihi:nam ſimul te
Leſbia aſpexi nihil eſt ſuper mi

Quod loquar amens:
Lingua ſed torpet:tenuis ſub artus
Flamma demanat:ſonitu ſuopte
Tintinnant aures:gemina teguntur
Lumina nocte.
Ocium catulle tibi moleſtum eſt:
Ocio exultas:nimiumque geſtis:
Ocium reges:prius & beatas
Perdidit urbes.

IN NONIVM Strumam.

Vid eſt catulle? quid moraris emori?
Sella in curuli ſtruma nonius ſedet:
Per conſulatum peierat uatinius:
Quid eſt catulle? quid moraris emori?

bis ſic ſuppleri poteſt:Quod loquar
amens lingua ſed torpet. Flamma.
amor Virg.eſt mollis flamma medul
las. Demanat.ſubintrat decurrit.
Tintinant.Tinnitum faciunt quod
proprium eſt attonitorum:& exani/
matorum:Eſt autem tintino uerbũ fa
cticium. Gemina.duplici:Martialis
Namq; grauem gemino Cornu ſic ex
tulit urſum. Nocte.obtenebratio/
ne:propter mentem meam tuo aſpe/
Nõ abſcõdis. ſed palã oſtẽdis puellã auide ãplexãs. At marita tamẽ tuũ celites. ſenſus eſt: o ſpõſa & ſi uir tuus ſuũ in te immẽſum amorem apte prodit tu tamẽ occultes tuũ intempatum & impatientem ne pudore concepto te impudicitię ſuſpectam uiro & aliis reddas: nam & ſi celes: pulchra res eſt: nihilomibus & pucher amor coniugalis: in omnibus fere codicibus hic uerſus deprauatus eſt: neq; ſenſu neq; ſyllabis ſtantibus: nam ſi legitur ad maritum tamen iuuenẽ ſecũdus pes qui ſemper in hoc uerſu Dactylus eſſe debet nõ inuenitur tertius nõ qui aut dactylus frequenter: aut etiam interdum ſpõdeus ſolet eſſe nuſq̃ habebit partes ſuas & multas ſyllabas ultra tres pedes inueniemus. Celites.occultes a celo celas frequentatiuum. At marita tamen.temeſis eſt ut ſit ordo attamen o marita ideſt o ſponſa illia celites. Pulchra res.pulcher eſt mos nimiũ celitari a ſponſa: alii legunt. Pulchrę.ſed non ſtat primus pes qui in hoc uerſu ſemper debet eſſe trocheus: ut in reliquis patet. Ille pulueris erythrei.puluerem erythreum intelligit harenam rubri maris de quo Mella ſcribit Rubrũ mare gręci ſiue quia eius coloris eſt ſiue quia ibi Erythras regnauit Erythrã thalaſſan appellãt procelloſum aſperum mare profundum: & magnorum animalium magiſq; cętera capax Plinius autem libro .vi. de orientalibus ſcribens ait irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras: quod rubrum dixere noſtri: gręci Erythram a rege erythra: aut ut Alii ſolis repercuſſu talẽ reddi colorem exiſtimãtes alii ab arena terra ꝙ alii tali aquę ipſius natura Sed in duos diuiditur ſinus: is qui ab oriente eſt perſicus appellatur ex aduerſo eſt arabia rurſus altero Ambitur ſinu arabico nomiato qui influit oceanũ:

Subducat.ſupputatione colligat. Veſtri ludere.ueſtri luſus: infinitũ uerbũ pro rei appellatione.ut Perſius Et noſtrum uiuere triſte pro iſta uita triſti: & alibi uelle ſuum cuiq; eſt: uelle ideſt uoluntas.

Vxor in thalamo eſt tibi
Ore floridulo nitens
Alba parthenice uelut:
Lutheumue papauer.
Non diu remoratus es:
Iam uenis: bona te uenus
Inuenit: quoniam palam
Quod cupis capis: & bonum
Non abſcondis amorem:
At marita tuum tamen
Celites. nihilominus
Pulchra res: neq; te uenus
Negligit: ſed abiit dies
Perge: ne remorare
Ille pulueris erythrei
Syderũq; micantium:
Subducat numerum prius
Qui ueſtri numerare uult
Multa milia ludere.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et breui liberos date. coniugii finis eſt filiorum procreatio ideo cōiuges liberos q̄primum dent ex optat atq; hortatur. Papinis in tertia ſylua. Eia age pręclaros latio properate nepotes q leges qui caſtra legant qui carmina ludāt: Tam uetus nomen. tā antiquū familię ueſtrę genus. Nomē. pro cognomine dixit: Torquatorū Māliorꝫ uetus fuiſſe cognomen probat hiſtoria illiuſq; q prius Torquatus a torque hoſti gallo iugulato detracta fuit appellatus: Notiſſima eſt huius rei memoria apud liuiū: plinium: Geliumq;. Indidē. ſimiliter: ut itidem. Torquatus uolo paruulus. hinc Virgilius ſumpſiſſe uidetur: Siq̄s mihi paruulus aula luderet ęneas qui tantū ore referret.

Hiante labello. ſic ipſe torquatus. labro parū hiante os habebat: deprauata eſt i oibus fere codicibus dictio pro hiāte mihi ante. Et attēdēdū: ē ꝙ paruulū torquatū dixit marē nō ꝙ diuinet marem primū eſſe oriturū: ſed ablandit̃ uotis patrū: q ſemp exoptāt atq; omnibus uotis expetunt ſibi marem gigni: ut apud Terentiū in adelphis: qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum Dicebat. Et pudiciciā ſuę matris idicit ore. Nam patrum ſimilitudo in filiorū ore certum eſt maternę pudicicię teſtimōiū. Qualis uni/ca ab optima Matre Telemacho manet fama penelopeo. aptiſſimum exēplum ad maternam pudiciciam comprobādā ex homeri odyſſea ſumptū Nā homerus penelopes caſtitatē pudiciciamq; impenſe probans ulyſſis ueriſſimam effigiem in telemacho filio ingenitam eſſe ſcribit. Penelopeo. filio penelopes. quę fuit filia icarii ſcribente ouidio Me pater Icarius uiduā diſcedere lecto cogit & immenſas increpat uſq; moras: ut apud alios legitur icariotus. unde ipſa icariotis dicitur a Propertio. Queq; terunt faſus icarioti tuos: & ab ouidio icariotida telam appellatam inuenies pro penelopea tela. Vnica fama: ex unico telemacho gloria: Nam ulyſſis & penelopes filius unicus fuit telemachus. Claudite oſtia uirgines. epithalamii peroratio. Virgines. oſtiarię.

Oſtia. Cubiculi aut domus quia iā abeundi ſit tempus. Luſimus. uerſus & carmina poetę modeſte ac uerecunde appellare luſus conſueuere: Virgilius ludere quę uellem Calamo permiſit agreſti. Oratius. Luſimus tecum: quid & hunc In annum. Martialis: inocuos cenſura poteſt permittere luſus. Boni. beati & bono fauſtoq; amore cōiuncti.

Munere aſſiduo. aſſiduo matrimonii officio: q̄ honeſte uēeruem officium tetigit. Exercete. fatigate in frequentem uſum conſumite. Valentem. ualidam & uiribus pręditam.

Ludite: ut lubet: & breui
Liberos date: non decet
Tam uetus ſine liberis
Nomen eſſe: ſed indidem
Semper ingenerari.
Torquatus uolo paruulus:
Matris e gremio ſuæ
Porrigens teneras manus:
Dulce rideat ad patrem:
Sed hiante labello
Sit ſuo ſimilis patri:
Mālio & facile inſciis
Noſcitetur ab omnibus
Et pudicitiam ſuæ
Matris indicet ore.
Talis illius a bona
Matre laus genus approbet:
Qualis unica ab optima
Matre telemacho manet
Fama penelopeo.
Claudite hoſtia uirgines.
Luſimus ſatis. at boni
Coniuges bene uiuite: &
Munere aſſiduo ualentem
Exercete iuuentam.

# HEXAMETRVM carm̄ nuptiale Edylion.

Nū. u Eſp adē: iuuenes ꝯſurgite: ueſp olympo
Expectata diu uix tādem lumia tollit:
Surgere iā tempus: iā pigues liquere menſas:
Iam ueniet uirgo: iā dicetur hymenæus:
Hymen o hymenæe hym̄ ades o hymenæe:
pu. Cernitis inuptæ iuuenes? cōſurgite contra:
Nimirum eoos oſtendit noctifer imbres
Sic certe: uiden ut perniciter exiluere?
Nō temer̃ exiluere: cauent quo uiſer̃ parent.
Hymen o hymenæe hym̄ ades o hymenæe.
Iu. Aſpicite iunuptæ ſecū ut meditata requirūt:

Edylion Nuptiale.

u Eſper adeſt iuuenes cōſur. Totū Catulli opus tris in partes plane diſtributū eſt: In lyrica epigrāmata: In heroica carmia & i elegica: lyricis igitur abſolutis: Altiori ſtilo exordit̃ heroicū hoc qđ quātū itelligere poſſum in liſdē iulię & Mālii Nuptiis a uirginibus & adoleſcētibus i Amębei carmis modū fuit decātatū pōt aūt appellari τὸ εἰδύλλιον qđ latie dicit̃ paruū poema q̄lia multa theocritus i ptolemęi helenes multorūq; aliorꝫ laudes cōſcripſit: in hoc autē edylio ſeu poemate breui puellę adoleſcenteſq; itroducti amębei carmis more inter ſe de dānis atq; utilitatibus cōiugii: Puellę tp̄s nuptiale querelis inſectāt̃: quoniā ex eo multa icōmoda naſcāt̃. Adoleſcētes āt horā cōiugii eiuſq; cōmoda collaudāt: Tādē puellę cedūt adoleſcētibus prio nūcius qdā itroductus loqt̃ monetq; iuuenes adhuc nuptialibus mēſis diſcūbētes ueſpero appropinquāte: iā eſſe ſurgēdū iā decantādū eſſe a poeta hymenęū: unde manifeſte apparet hoc carmē ante ſuperius Epithalamion fuiſſe pronūciatū. Veſp adeſt iuuenes cōſurgite. Nūcius loquit̃. Lumina expe. magna ſpe a cōiugibus deſiderata. Tādē. ex uoto expectantiū dixit tādē qđ aduerbiū ad rei tarditatē ſemp dicit̃. Lumina. ſydera. Pingues mēſas. opiparas lautas ſumptuoſe apparatas abūdātes lauta epularꝫ uarietate. Iam ueniet uirgo: qa iā adueſperaſcit: Nā apud antiquos cauebat̃ ne maritus ſponſę cōiungeretur Luce: ſed tenebris: qa ut plutarchus autumat eū pudet: ꝙ anteq̄ coeat alienam putat ſiue ꝙ ad propriā uerecūde accedere meditatur et ſe aſſuefacit Seu quēadmodū Solon ſcripſit ſponſam malo cydonio deguſtato thalamū ingredi ſolitā: ut primus cōplexus nihil triſte aut Iniucundū haberet ſic Romanus legū lator: ſi quid abſurdū aut deforme Corpori aderat occultauit: Siue ꝙ accuſatio quędā & calūnia erat illicitę ueneris: ꝙ ēt iuſtis atq; legitimis cōnubiis uerecūdia & pudor quidā adhibeat̃ hęc plutarchus. Dicet̃. decātabit̃. Hymen. hy. hy. ades o hy. theocriti uerſum ęmulatus eſt: ille eni in helenes nuptiis ait ὑμὴν ὦ ὑμέναιε γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης. Cernitis innuptę. puellę incipiunt cōtētionē hortantes ſe cōtra iuuenes in ipſas tēdētes. Cōſurgite. o innuptę. Cōtra. aduerſum iuuenes. Nimirū eoos oſtendet noctifer Imbres. ſenſus ē: Certe ex ueſperi prognoſtico nobis nūciat̃ futura tēpeſtas: hoc ē ex iuuenū motu nobis oſ̄ditur eorꝫ in nos ipetus. Nimirꝫ. certe. Eos imbres. pluuias ab oriēte ſurgētes: & ē metaphora ex aeris tēpeſtuoſi qualitate ſumpta. Noctifer. heſperus ueneris ſtella ueſpertinum tempus ferens: & pro occiduo cęlo ſumit̃ hoc ex prognoſticorū cognitiōe ductū. Nam ut plinius ex Arati atq; uirgilii p̄ceptionibus ſcribit ſi in ortu aut occaſu cōtracti cernentur radii imbrem ſignificant: Item ſi circa occidentē candidus Circulus erit noctis Leuem tempeſtatem ſi nebula uehementiorem: ſi candente ſole uentum Virgilius Item de ſolis occaſu ſcribit: Nam ſępe uidemus ipſius in uultu uarios errare colores. Ceruleus pluuiam denuntiat igneus euros: Sin Maculę incipient rutilo Immiſcerier igni omnia tum pariter uento nymbiſq; uidebis feruere. Igitur noctifer. ideſt ueſper ſeu heſperus: hoc eſt occiduum cęlum ubi ſit heſperus qui latine noctifer interpretatur: Veneris eni Stella: ut docet Cicero phoſphoros gręce dicitur latine lucifer quum Antegreditur ſolem: quum autem ſubſequitur heſperos: qui a Catullo latine noctifer interpretatur: huius ſyderis naturam deprehendit pythagoras ſamius: Legito Plinium libro ſecundo cap. octauo Sed ut ſcribit Hyginius quartus planeta ſeu quarta errantium ſtella ueneris eſt lucifer nomine: quam nonnulli iunonis eſſe dixerunt: hunc eundem heſperum appellari multis traditum eſt hiſtoriis hic autem omnium ſyderum maximus eſſe uidetur: Nonnulli autem hunc aurorę & cephali filium eſſe dixerunt pulchritudine multis prę ſtantem ex qua cum uenere dicitur certaſſe: ut ēt heratoſthenes dicit cū hac de cā ueneris appellari exoriēte ſole: & occidēte uideri: quare iure hūc & luciferū & heſperū nominatū: Sunt tamē qui legāt oetęos ignes. i. ſtellas ſiue igneos ſplēderes occidui ſolis qui ab oeta obſeruabat̃: ut Ortus ab ida Sic Virg. Tibi deſerit heſperus oetan & Statius in ſyluis Totidē oetęę paphięq; reuiſunt lāpades. Sic certe. ſubaudi ē. Exiluere. ex ſedibus mēſarū ſurrexere. Parēt. obtēperāt nūcio: q dixit ſurgite. Viſere. ire ad uiſendas nos. Nō temere. nō ſine cauſa.

Aſpicite. ſenſus & ordo ē. o Iuuenes aſpicite ut Innuptę uirgies iter ſe meditata & cogitata uerba cōferūt. Aſpicite. Iuuenes loquūt̃. Reqrūt. frequēter inquirūt aio ptractāt & uoluūt. Secū. intra ſe.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Non facilis nobis æquales palma parata eſt:
Nō fruſtra meditāť: habēt mēorabile qđ ſit.
Nos alio mētes: alio diuiſimus aures:
Iure igitur uicemur: amat uictoria curam:
Quare nunc aīos ſaltem cōmittite ueſtros:
Dicere iā incipient: iam reſpondere decebit.
Hymen o hymenæe hymē ades o hymenæe.
Pu. Heſpere qui cœlo lucet crudelior ignis:
Qui natā poſſis cōplexu auellere matris:
Cōplexu mřis retinentem auellere natam:
Et iuueni ardenti caſtā donare puellam.
Quid faciunt hoſtes capta crudelius urbe:
Hymen o hymenæe hymē ades o hymenæe
Iu: Heſpere qui cœlo lucet iucundior ignis:
Qui natā poſſis cōplexu auellere matris
Qui deſpōſa tua firmes cōnubia flamma:
Quod pepigere uiri pepigerūt ante parentes
Nec iunxere prius: q̄ ſe tuus extulit ardor.
Quid datur a diuis felici optatius hora:
Hymen o hymenæe hymen o hymenæe.
pu: Heſperus a nobis æquales abſtulit unam:
Nāq; tuo aduentu uigilat cuſtodia ſemper:
Nocte latent fures: quos idem ſæpe reuertēs
Veſpere mutato cōphendis noīe eodem:
Hymen o hymenæe hymen o hymenæe
Iu. At lubet innuptis ficto te carpere queſtu:
Quid cū ſic carpunt: tacita q̄ mente reqrunt
Hymen o hymenæe hym̄ ades o hymenæe
pu. Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis
Ignotus pecori: nulli cōtuſus aratro:
Quem mulcent auræ: firmat ſol: educat īber:
Multi illum pueri multæ optauere puellæ:
Idem cum tenui carptus defloruit ungui:
Nulli illum pueri nullæ optauere puellæ.
Sic uirgo dū itacta manet: dum cara ſuis: ſed
Cum caſtum amiſit polluto corpore florem:
Nec pueris iucunda manet: nec cara puellis:
Hymen o hymenæe hym̄ ades o hymenæe.

Nō fa.no.difficile cōſequemur uictoriā ex eis quę prius cōtra nos diu cogitauerūt: & p̄meditatę ſunt pugnam.

Aequales uocatiuus pluralis eſt. o ęquales comites mei. Iure igiť uin. cōcluſio. Cōmittite.i unū cōtrahite & cōponite iuicē mētes & conſilia ueſtra. Incipiēt.puellę. Decebit. nos iuuenes. Reſpōdere.puellis nuptalia iura cōqueſtiōe inſectātibus. Heſpere: puellę loquunť. Crudelior te.q puellas ad raptū trahis ex matrū gremiis. Poſſis cō.auel.ma.hoc dixit ex antiquaꝝ nuptiaꝝ ritu: ut ēt ſupra rettuli ex feſti pſcripto. Rapi ſimulať uirgo ex gremio matris aut ſi ea non eſt proxia neceſſitudie: plura legito ſuperius. Retinētē.remorātē & ſe pro uiribus cōtinētē ſic i epithalamio ſupiore de hymenęo inqt: Tu fero iuueni in manus floridā ipē puellulā mris a gremio dedis. Ardēti.ipatiēter amāti.

Ardēti caſtā.pathos mouet pſonaꝝ q̄litate. Quid fa.ho.Itē pathos ex ſimilitudie atq; cōpatiōe ut Vir. qualis populea merēs philomela ſub umbra. Heſpe q ce.lu.iu.ignis. Iuuenes rn̄dēt cōiugalis horę cōmoda memorantes Et notādū carmis amębei leges optie hic ſeruatas: q̄ ſunt ut aut plus maius ue rn̄deať: aut nō Inferius aut ɔtrariū obiectis.ut hoc i loco elegāter Catul.

Tua flā.tua luce: cuius apparitiōe nuptiales faces accēdūť. Deſpōſa.promiſſa participiū ē. Quod.quā cōnubioꝝ pactionē et ē ſenſus: qđ cōnubiū mariti ſeu ſpōſi: & ſpōſorum parentes promiſerūt: & pepigerūt id prius non cōiūgūt nec ratū facere audēt priuſq; heſpus apparēs ſuū extulerit ſplēdorē q̄ſi is ſit nuptiaꝝ cōfirmator: & dux.

Aeq̄les.o puellę meę: comites puellarū cętus loquiť. Abſtulit.ex gremio materno ac noſtro cętu. Tuo adnē. o heſpe. Vigilat cu.ſem.rephēſio & icuſatio malicię ab effectu: nā niſi eēt noxia & peſſima ſtella eius aduētu neq; fuꝝ rapię timerēť neq; cuſtodię uigilarēt aut excubię fierēt. Idē.tu o heſpe. Reuertēs.matutino tpre ſolē pcedēs. Cōphēdis.dephēdi facis.

Eodē.noie quo diceris: ſed legať potius eoſdē fures.ſ. Mutato no.qa q i ueſptino tpe dicebaris ueſp: matutino lucifer appellaris. At lu.inu.adoleſcētes loquūť. Te car.te rephēdere o heſpe. Fictoq; que.falſa querela. Reqrūt.meditāť cogitāt te atq; tuū munus exoptāt. Tacita mē.occulto aīo atq; cupiditate tecta. Vt flos i ſe.apta ſimilitudo ad hōeſtatis & pudicitię amiſſę deformitatē demōſtrādā. Aurę.fa. Mulcēt.fouēt.Oui.placidiq; tepētibus auris Mulcebāt Zephyri natos ſine ſemine flores. Dum chara ſuis.dū pudica ē: & domi manet ſequens ab antecedēte poſuit.

Iu. Vt uidua in nudo uitis quæ naſcitur aruo:
Nunq̄ ſe extollit nunq̄ mitem educat uuam
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus:
Iamiam contingit ſummum radice flagellum:
Hanc nulli agricolæ: nulli coluere iuuenci.
At ſi forte eadem eſt ulmo coniuncta marito
Multi illam agricolæ multi accoluere iuuenci:
Sic uirgo dū itacta manet dū inculta ſeneſcit
Cara uiro magis: & minus eſt inuiſa parenti:
Et tu nec pugna cum tali coniuge uirgo:
Nō æquum eſt pugnare: pater cui tradidit ipſe
Quom par cōnubium maturo tempoř adepta es
Virginitas non tota tua eſt: ex parte parentum
Ipſe pater cum matre quibus parere neceſſe eſt:
Tertia pars matri data: pars data tertia patri:
Tertia ſola tua eſt: noli pugnare duobus
Qui genero ſua iura ſimul cum dote dederunt
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.

Vt ui.i nu.pcōmoda ſimilitudo ad ſolitudis icōmoda & dāna oſtēdēda. Cicero i catone maiore: uitis qdē quę natura caduca ē: & niſi fulta ſit fertur ad terrā eadē ut ſe erigat clauiculis ſuis quaſi manibus qcqd ē nacta cōplectiť quā multiplici ſerpētē lapſu ferro amputās coercet ars agricolaꝝ ne ſyl ueſcat ſarmētis. Mitē.maturā.Vir. Sūt nobis mitia poma. Prono.ad terrā iclinato. Sūmū fla.i.ſūmo uertice & flagello tāgit ſibi radices hypallage flagellū Itē ē ſūma cuiuſq; arboris uirga & ſupremus arboꝝ apex: flagellū proprie diciť in uitiū palma ſūmitas: Varro i rei ruſticę prio ſcribit.

Vlmo mari.ulmo quę ſit uitis maritus: Virg.ulmiſq; adiūgere uites Apta metaphora iter cōiugiū & arboris ſocietatē Ora.ergo aut adulta uitiū propagine altas maritat populos. Et minus ē iui.pa. q; fuit inupta: Nā tunc pater dotis dandę metu filiam hēt pene Inuiſam nupta uero minus iuiſa eſt parenti: qa iā metus abeſt: & nepotū dulcedine puellę pater oblectať. Et tu nec pu.cū ta.cō.uirgo. lepida ad puellā admonitio exhortatioq; ne uiro qcq̄; abnuat aut deneget: exēplo parētū: q nouo marito ſua i puellā Iura ceſſerūt. Nō ęquū. Iniuſtū ē paternę uolūtati nō conſentire. Maturo.pfecto & pleno: ut Vir. Iā matura uiro iā plenis nubilis amnis. Virginitas nō to.tua ē. lepida elegāſq; diſtributiōis ſnia: quę probat a liberis parētū uolūtati parēdū eē ac p hoc mrimonio parētū iuſſu cōtracto ſuccūbēdū. Noli pugnare duobus. pulchra & honeſta concluſio.

## DE BERECYNTHIA ET ATY:

s
Vper alta uectus atys celeri rate maria

De aty Cybeleio Puero.

s Vper alta ue.at.ce.rate ma. Galliambicon metrū ex duobus galliābis uerſus cōpoſitus: prior eni pars uerſus hēt pyrrichion & tres trocheos: Altera pars hēt ſcđm galliābi genus ex pyrrichio trochęo duobus pyrrichiis: prior pars. Talis ſup alta uectus atys: Altera pars: celeri rate maria: prius tn̄ cōma ſpondeū i prīo & i ſcđo iterdū admittit: ſed raro: ut deuoluit lactes acuto: De Galliābico metro Plenius legas apud ſeruiū i cētimetro: Itē Dio. Galliābi duo ponit genera: ex qbus hoc Catul. metꝝ cōpoſitū iuenies. Scribit aūt Cat. de Aty puero cybeleio: quēadmodū i phrygiā naui delatus cybeles amore illius pueri uiſi correptę numine i furorē cōuerſus ē: ac q̄; primum numinis inſtinctu uirilia: ſibi āputauit: Reliquoſq; comites cybeleios ad cybeles ſacra ſūptis ſacroꝝ iſtrumētis celebrāda mētēq; furore hylarādā hortatus poſt lōgā defatigationē fuit ſopore ſolutus: inde a dea cybele i gremio ſuſceptus quū euirati corporis dāna mēte agitare cępiſſet patrię abſentiā cęteraſq; ſuas erūnas lamētatus miſerrime defleuit: Dea uero ut pueꝝ ſibi dilectū a talibus remoueret luctibus: unū de leōibus ſuis: q pueꝝ ptereface ret imiſit: quo terrore atys exaniatus i nēora cybeleia ſe cōiiciēs ibi ē ppetuus cybeles miniſter effectus. Hęc Catul. de Aty puero poetica licētia ſcribit: Sed Diodorus ſiculus probatus iter gręcos hiſtoricus aſſerit a cybele prouecta ętate adoleſcētē quēdā eius regiōis noie atyn dilectū: quē poſtmodū dixerūt pappā cū eo clam coiēs cybele grauida facta ē: qđ ut parētes norūt i regiā accitā ut uirginē pater ſuſcepit: noto filię peccato & atyn & puellę nutrices Interfici iuſſit atq; inſepultos abiici: Cybelen tū amore pueri atys tū dolore nutricū pculſā iſanā effectā i publicū prodiiſſe ferūt pſallētēq; cū tympano ſolā uniuerſā patriā ſparſis capillis deambulaſſe: Itē de cybele. Talē tradit Idem auctor hiſtoriā: phrygię libyeſq; incolę aſſerūt regē priſcū fuiſſe Mennonē & ab eo uxorē ductā Dindymenen noie a parētibus expoſitā diuina quadā ſorte pardalis alięq; ferę lacte nutrierūt: hāc infantē mulier pecora paſcēs tulit atq; a loco cybelen noiauit aucta ętate pulchritudie prudētiaq; excellēs igenio mirabili fuit Nā & phyſtulā plurimis calamis cōpactā & ad luſū choreaſq; cymbalū tympanūq; pria oium adiuenit: pręterea pecorū puerorūq; morbis remedia introduxit: Itaq; tum propter infantes quibus uerboꝝ medicaminibus ſalutem prębuit: Tum quia plurimos uelut in ſinu fouit matrem ab omnibus dictam ferunt. Poſt/

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

modú:ut ſupradictú é:ętate prouecta adoleſcété atyn adamauit:cętera ſupius expoſita de cybele tradunť phryges aút teſtáte Macrobio circa matré deú & atyné fabulanť:hác deam leóibus uehi ualidis ipetu atq; feruore aialibus:quę natura cęli é:Cuius ambitu aer cótineť:q uehit terrá ſolé uero ſub noie atynis ornát:& phyſtula & Virga:phyſtula ordiné ſpiritus inęqualis oſtédit:uirga ſolis ptáté aſſerit:q cúcta moderať.Cybeles aút:& Atynis fabulá Oui.in faſtis enarrat:quá ne multas hic paginas explicé prętermittédá cenſui. Sup alta maria uectus atys.unde aút uectus ſit icertú habeť. Nemus.dyndimú aut cybelé móté nemoroſú. Loca opaca ſyluis.umbroſa ſyluis a loc phrygię mótes pdictos. Vt.tanq;.

Furenti rabie.ab effectu qa rabies hominé furere facit. Stimulatus.cócitatus ſpiritu cybeleio: Nam corybátes Cybeles ſacra peragentes uatorú ęreorú ſonitu in furoré cócitanť: qđ Ora.de furore loquens ſic tangit: nó Acuta ſic geminant corybantes ęra. Iuuenalis: De conuiua corybáta uidebis. Vagus ai.oés fere codices hént animis:ſed nullus ſenſus probádus inde poteſt elici:legatur ergo animi uagus:ná Iam afflatus deę furore menté uagam cępit habere. Deuoluit ſibi.amputauit ſubito ſilicis ictu p furoré cybeleiú. Lactes.inteſtinoꝝ partes poſuit pro inguine pendéti:quo ablato etiá lactes ſecutę ſunt:& ingés iguinis uulnus expreſſit quo nó ſolú genitalia exteriora:ſed ét lactes interiores ſibi amputauerit aut certe deuoluit.i.deiecit & fluere fecit per inguinis uulnus. Lactes.proprie ſunt in oue & i homine:a uentriculo inteſtinorú partes per quas labitur cibus. Plinius ab hoc uentriculo lactes in oue & homine:per quas Labitur cibus:in cęteris eę Ilia:quibus capatiora inteſtina ad aluum. Sine uiro.ſine uirilitate:hinc poſtmodum inſtitutum fuit:ut Cybeleii Galli teſta ſibi Genitalia ſecarent:ꝗ:ꝗ & Catullus ſilice:& Ouidius ſaxo hoc factum ab Aty fuiſſe tradunt: Ouidius: Ille etiam ſaxo corpus Laniauit acuto:longa quoq; immundo puluere tracta Coma eſt.Voxq; fuit me rui:meritas de ſanguine pęnas Ah pereant partes quę nocuere mihi: Ah pereant dicebat adhuc onus inguinis aufert:Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicta uiri:Venit in exéplum furor hic molleſq; miniſtri cędunt lactatis uilia membra comis. Sola ſanguine maculant.ex hoc ſanguine purpureum colorem traxiſſe marmor Synadicum ſcribit Papinius Libro ſyluarum ſecundo. Citata.atys furore concitatus:nam eum poeta genere fęminino appellat ſępe:quia uirilitate iam priuatus erat ut fęmina. Leue tympanum.Inſtrumentum quod uerberatum ſonitus terribiles emittit. Tympanum cybeles tubam.anadiploſis & appoſitio. Tubam.quo utebantur pro tuba in ſacris Cybeleis:Iuuenalis:Et reſupinati ceſſantia tympana galli. Mater.uocatiuus eſt o cybele deorum mater. Tua initia.tua myſteria: Initia tamen dicuntur etiam cereris ſacra. Terga tauri caua.tympani diffinitio. Eſt adorta.icepit atys canere. Hoc.carmen quod ſequitur. Tremebúda.atys tremens ſiue propter furorem quo agitabatur ſeu propter dolorem inguinis abſciſſi. Calle.anguſta ſemita:aliter legiť:gallę.i.o uos ſacerdotes Caſtrati.gallę aút dixit genere fęminino qa erát effęminati ut Vir.o uere phrygię neq;.n.phryges. Vaga pe.pars pro toto uos comites uagis pectoribus agitati. Dńę din.deę cybeles quę appellata fuit dindymene a dindymis phrygię monte ubi coliť:Strabo.Mons qdá urbi imunet noie dindyma a quo Dindymena diciť quéadmodú a cybelis cybele.Diodorus tń ut ſupra relatú é dixit cybeles matre fuiſſe dindymené appellatá:unde fortaſſe nó eſſet abſurdú filiá ét uocatá fuiſſe dindymené de matris noie:ut uenus Dione a matris nomine denoiatur. Petentes.accedétes adeútes. Exules a patria noſtra excluſi. Executę.muliebri noie ſuos comites euiratos appellat. Sectá meá.doctriná meá iguinis ſecádi & cybeleii ſacri celebrádi. Secta.a ſequédo diciť:uel a ſecádo.i.tenédo ut ille uiá ſecat ad naues. Comites mi.mi pro mihi.i.comites mei. Hilarate aium.lętamini:cócipite hilaritaté:& é ſenſus poſtq; per furoré euiraſtis Corpus ueſtrú hanc rem in lęticiam uertite:ac exhilarate animos ueſtros.

Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit
Aditque opaca ſyluis redimita loca deæ:
Stimulatus ut furenti rabie uagus animi
Deuoluit lactes acuto ſibi pondere ſilices:
Itaque ut relicta ſenſit ſibi membra ſine uiro.
Etiam recenti terræ ſola ſanguine maculans:
Niueis citata cæpit manibus leue tympanum
Tympanum tubam cybeles: tua mater initia
Quatiens terga tauri & teneris caua digitis
Canere hoc ſuis adorta eſt tremebúda comitibus
Agite ite ad alta gallæ cybeles nemora ſimul
Simul ite dindymenæ dominæ uaga pectora
Aliena: quæ petentes uelut exules loca celeri
Sectam meam executæ duce me mi comites
Rapidum ſalum tuliſtis/truculentaq; pelagi:
Et corpus euiraſtis ueneris nimio odio

Excitatis erroribus.adeſt uagis greſſibus. Tarda.morę proprium epitheton. Cedat. decedat exeat ex mente ueſtra. Ite.uenite mecum. Cymbalum.Idem fere quod tympanum. Maius tamen tympanum maioremq; facit ſonitum. Vox ſonat cymbalum.figurate dixit:ut Virgilius nec uox hominem ſonat. Tibicen.ubi canit phryx Tibia phrygum inuentum eſſe uidetur:ꝗ:ꝗ de palladis tritonię tibia fabulam refert Ouidius Plinius tamé ſcribit obliquam tibiam Midam in phrygia geminas tibias Marſiam celeneum in eadem gente inueniſſe:huiuſmodi effęminatos tibiarum ſonos etiam Virgilius Troianis obiici ſcribit: O uere phrygię neq; enim phryges Ite per alta dindyma ubi aſſuetis biforé dat tibia cantú: Tympana uos buxuſq; uocat berecynthia matris deę. Phrygia néora deę.aut abſolute dixit quo quocunq; nemore phrygio:aut certe Idęum nemus intelligit ut ipſe atys infra dicit ad Idę tetuli nemora pedem.

Curuo Calamo.curua tibia:quę plerunq; facta é ex calamo & pręſertim a ruſticis. Męnades.eleganter & igenioſe dixit męnades pro Cybeliis ſacerdotibus:nam Męnades apud grę cos dicuntur mulieres furore inſanientes:& Bacchi ſacerdotes. Tales igitur ſunt Cybeleii: quia & tanq; foeminę ſunt & furore concitantur:nam μαίνομαι ſignificat inſanio inde Męnades dictę ſunt. Hederigerę.hederaceos thyrſos gerentes: Nuſq; niſi hoc in loco legi ſacra cybeles hederis agitari:Niſi forte Catullus hoc dixit alludens ad bacchicas męnadas. Acutis. uehementibus acribus: Oratius.ꝗ latus & renes morbo tentantur acuto. Illa duce.ſcilicet cybele ducente. Cohors uaga.ſacerdotú furore uagantium cętus & chorus. Volitare.uolitando tranſcurrere. Tripudiis.ſaltationibus Tripudium ut ſcribit Cicero dicitur quaſi terripudium ſeu terripauium quaſi terrę percuſſio.Nam in auſpiciis captandis quum aues paſcuntur neceſſe eſt aliquid ex auium ore cadere & terram pauire ſic terripauium primo poſt terripudiú dictum eſt:hoc quidem iam tripudium.

Hilarate ære excitatis erroribus animum:
Mora tarda mente cedat: ſimul ite: ſequimini
Phrygiá ad domú cybeles phrygia ad néora deæ
Vbi cymbalum ſonat uox: ubi tympana reboant
Tibicen ubi canit phryx ubi curuo graue calamo:
Vbi capita mænades ui iaciunt hederigeræ
Vbi ſacra ſancta acutis ululatibus agitant:
Vbi ſueuit illa duce uolitare cohors uaga:
Quo nos decet citatis celerare tripudiis
Simul hæc comitibus atys cecinit nota mulier
Thyaſis repente linguis trepidantibus ululat:
Leue tympanú remugit: caua cymbala recrepant
Viridem citus adit idam properante pede chorus
Furibúda ſimul áhelás uaga: uadit aío gemens
Comitata tympano atys per opaca nemora dux:
Veluti iuuenca uitans onus indomita iugi:
Rapidæ ducem ſequuntur gallæ propere pedem:
Itaque domum cybeles tetigere: laſſulæq;
E nimio labore ſomnum capiunt ſine cerere:
Piger his labentes oculos ſopor operit:
Abit inquieti mollis rabidis furor animi.
Sed ubi horis aureis ſol radiantibus oculis
Luſtrauit æthera album ſola dura: mare ferum
Reppulitque noctis umbras uegetis ſonipedibus
Vbi ſonus excitum atyn fugiens citus abiit

Nota mulier atys.i.atys qui iá mulier noſcebať. Thyaſis.ſaltatióibus choreis ἀπὸ τοῦ θύειν qđ ſignificat ipetu facere ſacrificare & excitare. Idam.ida mons troię iminés:olim húit oppidú:ut apud homerú & dionyſiú legius. Vaga atys.iteꝝ atq; iteꝝ fęmiá uocat atym euiratú. Gemés.aut hululans pp furoré aut eiulans pp inguinis lacerati doloré. Veluti iu.apta ſimilitudo ad effęminatá laſciuiá oſtédédá. Gallę ra.Cybellei ueloces:galli ſacerdotes dicti ſunt ut ait Pli.a gallo phrygię fluuio: cuius aqua epota furoré métibus excitat:Naſo i faſtis.Inter ait uiridem cybelen altaſq; celenas Amnis It inſana noie gallus aqua Qui bibit inde furit. Piger ſo.ſónus iners ab effectu qa hoies facit pigros.

Abit.diſcedit ex galloꝝ ais. Horis au:horę ab horo.i.a ſole:qué ęgyptii horú appellát:aureas aút dixit ad ſolis ſplédoré reſpiciés. Aethera,pro aere poſuit:ut heu qaná táti cinxerunt ęthera nymbi.

Sola du.terrá ſolidá durá. Mare feꝝ.Elegás epithetoꝝ diſtributio:nam aer cádidus é terra dura: Mare ſęuú.Circa quę tria eleméta ſol ſuú hét illuſtrádi officiú. Mare feꝝ.ſęuú ut maria aſpera iuro.

Sonipedibus.equis.Virg.ſtat ſonipes ac frena ferox ſpumantia mádit:Solis equi ferútur quattuor: pyrous:eous:& ęthon:& phlegon.Oui.iterea uolucres pyrous eous & ęthon ſolis equi quartuſq; phlegon hinnitibus auras flámigeris implent:uegetis uiuidis fortibus.Dea cybele pueri amore correpta.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sinu paſitheo.gremio ſuo deos omnes continenti deorum omnium capaci:Nam cybele πασιθεα
grçce appellatur πᾶσ omnis ϛ θεοσ deus dicitur:Deorum enim mater dicitur Cuius rei ratio ex dio/
doro ſuperius eſt relata. Rapida.uelox atys. Simul.poſtq̃. Pectore.animo arcano. Sua fa/
cta.ſuperius narrata. Recoluit.recogitauit in animum reuocauit. Liquida.ſerena clara ſine furo/
ris prioris nube. Sine quis.ſine quibus uirilibus. Vbi.in quo loco eſſet a patria procul. Vſus ani
mo eſtuáter.i:quũ abuſus eſſet animo ſuo eſtuanti & furibundo. Tetulit.antiquum pteritũ a tollo.
O mei creatrix o mei genitrix.Satis puerilis lamẽtatio: Creatrix & genetrix idem ſignificat:ſed poe
ta pro poetico decoro facit: ut puer
flens & conquerens idem diuerſis uer/
bis repetat:quod ſatis conuenit ex ni/
mio dolore lamentãtibus. Quam.
patriam meam genitricem. Herifu
gç fa.fugitiui ſerui herum ſuum fugiẽ/
tes. Tetuli.attuli. Niuem.idę iuga
ſunt plerunq; niuoſa.Ideo etiã ait geli
da ferarũ ſtabula. Pupilla.pro ocu
lo pupula inde pupilla oculi lumen ẽ.
Rabie fera carens dum breue tẽpus
animus eſt.ordo eſt dum animus ẽ ca/
rens fera rabie:& dum tẽpus eſt te ſci/
licet reſpiciendi. Ferar.protrahar.
Patria bonis amicis genitoribus abe
ro.hęc nullo oratorio dicuntur ordi/
ne:Nam neq; naturę neq; dignitatis:
neq; argumẽti ordo procedit:ſed pro
poetico decoro pueris & afflictis per
ſonis accommodatiſſimo Ingenioſus
poeta hęc uerba diſpoſuit: Oratorię
autem fuit ſeruandus dignitatis ordo
qui talis eſſet patria parẽtibus amicis
bonis.Sed elegantior fieret ordo ar/
gumenti ſic bonis Amicis parentibus
patria. Genitoribus.pro parentibus
dixit prçſtantiori ſexu inſeruiẽs. Fo
ro palęſtra ſtadio gymnaſiis. hęc oia
ſpectacula ſũt magis pueriſq; uiris gra
ta:Ideo puer horum priuationem mo
leſte fert. Foro.ſpectaculis ludorũ
forenſium. Palęſtra.quam latine di
cimus luctã.Cuius auctor tradit̃ mer/
curius Oratius de Mercurio Catus &
decore more palęſtrę :Ouidius lęte ly
rę pulſu nitida quoq; lęte paleſtra.
Stadio.Curſus certamine. Gym
naſiis.gymnaſia ſcholç ſunt ubi palę/
ſtra:ſaltationes geſticulationeſq; ac cęteri ludi gymnici exercentur : Ludos autem gymnicos in Arca/
dia Lycaon primus inuenit: ut ſentit Plinius. Querendum lamentandum. Etiam atq; etiam.ue/
hementer plerumq;. Anime uocatiuus caſus eſt apoſtrophe ad ſuum animum qui eum illuc addu/
xit. Genus.nobilitas. Figura.pulchritudo. Quid eſt.quid ualet:ſine patria & parentibus.
Nunquid.Cur. Abierim .ex patria diſceſſerim. Mulier.quia uirilibus careo. Mulier.ſum
nunc intelligitur:ſed olim fui puer ephebus adoleſcens : peruerſo uerborum utitur ordine prę dolore
nimio gymnaſii fui flos.pulchritudo gymnicorum fui:continens pro contento poſuit. Decus olei.
decus palęſtrę:ut exercent patrias oleo labente palęſtras. Oratius. Pſallimur & luctamur achiuis do/
ctius unctis:Et ẽ cõmoratio rhetorica. Mihi ia.fre.frequẽtatę amatoribus meis & ſalutatoribus ma
tutina munera ferẽtibus. Limina tep.amicorũ & amatorũ cętu exercitata & p hoc calẽtia cõtrarium
poſuit perſius uide ſis ne tibi forte limina frigeſcant ideſt claudantur & a te frequentari non poſſint.

Trepidantem eum recæpit dea paſitheo ſinu
Ita de quiete molli rapida ſine rabie:
Simul ipſe pectore atys ſua facta recoluit:
Liquidaq; mente uidit ſine quis ubi ꝓ foret
Animo æſtuanter uſus reditum ad uada tetulit
Ibi maria uaſta uiſens lachrymantibus ocellis
Patriã collocuta eſt ita uoce miſeriter mæſtula:
Patria o mei creatrix: patria o mei genitrix:
Ego quã miſer relinquens: dominos ut herifugæ
Famuli ſolent: ad idæ tetuli nemora pedem :
Vt apud niuẽ & ferarum gelida ſtabula forem:
Et earum oĩa adirem furibunda latibula:
Vbinã: aut quibus in locis te poſitã patria reor?
Cupit ipſa pupilla ad te ſibi dirigere aciem:
Rabie fera carens dum breue tempus animus ẽ:
Ego ne a mea remota hæc ferar in nemora domo?
Patria: bonis: amicis: genitoribus abero?
Abero foro & palæſtra: ſtadio & gymnaſiis?
Miſer ah miſer querendum eſt etiã atq; etiã aĩe
Quid.n.genus figura eſt: ego nũquid abierim?
Ego mulier: ego adoleſcẽs: ego ephebus: ego puer
Ego gymnaſii fui flos: ego eram decus olei:
Mihi ianuæ frequentes: mihi limina tepida:

Mihi floridis corollis redimita domus erat.conſuetudo erat apud Antiquos : ut amatoriis ianuis
& liminibus ſerta & corollę imponerentur Tibullus: Te meminiſſe decet q; plurima uoce peregi Sup
plice quũ poſti florida ſerta darem.Ouidius.in amorũ remediis Meminit ſic.effice nocturna frangat̃
ianua rixa: Et tegat ornatas multa corona fores: Die item nuptiali hoc fieri cõſueuiſſe teſtatur iuuena/
lis ſcribens . Necte coronã poſtibus & denſos per limina tẽde corymbos . Vbi.in qua domo mea.
Eſſet mihi linquẽdum cubiculum orto ſole.Senſus eſt domi meę tam delicate uiuebã q nisi orto ſo
le nunq; egrediebar cubiculo meo.
Ferar.dicar. Męnas.Gallus cybe
lẽius furibundus quales ſunt bacchi
męnades. Mei pars.ego uix mei di
midium : nam detractis uirilibus ho/
mo uix eſt ſui corporis dimidium : &
ideo ſequitur uis ſterilis ero quia cor/
pus genitalibus inminutũ ſterileſcit.
Colam.habitabo. Loca algida.
loca frigida. Idę uiridis.nemoroſę:
Virgilius intextuſq; puer frõdoſa rap
tus ab da. Columinibus.pro culmi
nibus. Iam dolet quod egi . iam me
pęnitet facti mei:& idem per alia uer/
ba repetit :ex nimia doloris impatien
tia. Sonitus . uox ſonora pueri eiu/
lantis. Roſeis labellis. ſcilicet pueri
atynis. Ad aures deorũ.ad aures deę
cylebes : quę deorũ mater πασιθεα
dicitur ideo pluralem numerum pro
ſingulari poſuit. Noua nuncia. no/
ua pueri uerba nuncianda lamẽtatio/
neſq; nunciandas .ad deę aures ſoni/
tus afferẽs . Nũcia genere neutro pro
tulit contra laurẽtii opinionẽ. ſic Lu/
cretius: & ad calidum decurrunt nun/
cia ſenſum. Tibullus Diui uera monẽt
uenturę nuncia ſortis. Leonibus.a/
qbus cybelles currus trahitur. Hippo
manis & atalantę : qui cybelles ira in
leones ſunt cõuerſi: late apud Ouidiũ
patet fabula. Leuum hoſtẽ . leęnã
quę olim fuit deę Inimica : quum eius
ſacrum una cũ hyppomene inceſtauit
leuũ autem ait ideſt ad leuam currus
partem adiunctũ. Cede terga cau/
da.te in furorẽ caudę uerberibus exci
ta. Tua uerbera patere. eſt exephe/
geſis pręcedentis dicti : leo.n.uehemẽ
tibus caudę uerberibus in furorẽ ſe cõ
citat. Plinius . Leonũ animi index cau
da ſicut & equorũ aures: namq; & has notas generoſiſſimo cuiq; natura tribuit: immota ergo placido/
clęmens: blãdimentoq; ſimilis quod rarũ eſt. crebrior.n.iracũdia eius: in principio ţerra uerberatur in
cremento terga ceu quodã incitamento flagellantur plura de leonũ ingenio legas apud plinium libro
viii. Religatq; iuga manu.leones ad currũ primus Romę iunxit .M. Antonius ciuili bello leonumq;
ſimul pugnam pluriũ romę princeps edidit. Qu.Seuola.P.filius in curuli ędilitate.centũ aũt iubatorũ
primus omnium . L.Silla: qui poſtea dictator fuit in prętura poſt eũ pompeius magnus in circo quin/
gentorũ ac in his iubatorũ trecentos quindecim: Cęſar dictator quadringentos. Ferus. quadrupe/
des oẽs feras aut feros appellamus ut ceruus equus & cętera eiuſdẽ generis. Fremit.rugiũt leões: naſo
tigrides idomitę raucãt: rugiũtq; leones. Orcãt lynces: idẽ. dũ lynces orcãdo fremũt urſus ferus uncat.
Dindymi.phrygię mõs ẽ q didyma dũr rariſſime ſingulari nũero legit̃ ſtrabo pluraliter tãtũ poſuit.

Mihi floridis corollis redimita domus erat:
Liquendum ubi eſſet orto mihi ſole cubiculum :
Ego ne deum miniſtra cybeles famula ferar?
Ego mænas: ego mei pars: ego uis ſterilis ero?
Ego uiridis algida idæ niue amicta loca colam?
Ego uitam agã ſub altis phrygiæ columinibus?
Vbi cerua ſyluicultrix: ubi aper nemori uagus.
Iãiam dolet quod ægi: iãianq; pœnitet.
Roſeis ut hinc labellis palã ſonitus abiit
Geminas deorum ad aures noua nuncia referens
Vbi iuncta iuga reſoluens cybele leonibus :
Leuũq; pecoris hoſtem ſtimulans ita loquitur:
Agedum inquit eia age ferox face ut hunc furor
Fac ut huc furoris ictu reditum in nemora ferat :
Mea libere nimis qui fugere imperia cupit .
Age: cede terga cauda: tua uerbera patere :
Fac cuncta mugienti fremitu loca retonent.
Rutilam ferox toroſa ceruice iam quate iubam .
Ait hæc minax cybele: religatque iuga manu:
Ferus ſeſe ipſe adhortatus: rapidum incitat aĩum
Vadit : fremit: refringit uirgulta pede uago.
At ubi ultima albicantis loca littoris adiit :
Tenerumque uidit atyn prope marmora pelagi
Facit impetum; ille demens fugit ĩ nemora fera:
Ibi ſemper omne uitæ ſpacium famula fuit :
Dea magna: dea cybele : dea domina dindymi
Procul a mea tuus ſit furor omnis hæra domo
Alios age incitatos: alios age rapidos .



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Peliaco quondam prognatę uertice pinus: Poeta decantaturus thetidis et pelei nuptias: ab argonautarum nauigatione carmen elegans ingenioſe orditur. Regiarum q; nuptiarum apparatus deſcribens: in bacchi & ariadnes nuptias amoreſq; digreditur: poſtremo parcas Nuptiale carmen canentes atq; achillis fata prędicentes inducit.: De argonautarum nauigatione hoc habet hiſtoria. Iaſonem tradunt eſonis filium extitiſſe nepotem pelię theſſallorum regis Qui quū eſſet robuſtus corepor animiq; pręter ceteros ſuę ętatis elati aliquid memoria dignum agere optans ex ſuperiorum exemplo maxime perſei aliorumq; plurium exarſit animo ad illorum opera imitanda. Itaq; communicato cum rege cōſilio pelias eius deſiderio aſſenſit: nō ut adoleſcentis gloriam augeret: ſed ſperans potius illum in belli expeditione periturū hāc ſuſpitionem occultam tenens pollicitus eſt ſe belli auxilia laturū ſi expeditionem in colchos pararet ad uulgatum uelus aureum rapiendum At iaſon laudis appetens quū certamē difficile nō tamē penitus impoſſibile propoſitum uideret: ſed quo maius eſſet eo ſe ampliore gloria uictorem fore neceſſaria ad id bellum parauit: Primum iuxta montem pelium: Nauem ędificauit: magnitudine atq; apparatu longe maiori q̄ quę ad eam diem fieri cōſueuerint: Valerius autem flaccus in argonauticis ſcribit iaſonem a patruo pelia ſub hortatiōis ſpecie iuſſum uelleris aurei rapiendi expeditionem ſuſcipere.

## PELEI ET THETIDIS NVPTIAE.

P Eliaco quondam prognatæ uertice pinus
Dicuntur liquidas neptuni naſſe per undas
Phaſidos ad fluctus & fines Aeetheios
Quom læti iuuenes argiuæ robora pubis
Auratam optantes colchis auertere pellem
Auſi ſunt uada ſalſa cita decurrere puppi
Cerula uertentes abiegnis æquora palmis.
Diua quibus retinens ī ſummis urbibus arces:
Ipſa leui fecit uolitantem flamine currum:
Pinea coniungens inflexæ texta carinæ:

Pinus. arbor eſt apta nauigiis. Prognatę uertice peliaco. ortę in pelio mōte theſſalię: Nam ut ſcribit Diodorus iuxta pelium nauem ędificauit: de cuius nauis ędificatione extat Illud enianum utinam ne in nemore pelio ſecuribus cęſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes neue inde nauis incohandę exordium cępiſſet: quę nunc nominatur argo. Phaſidos ad fluctus. phaſis fluuius eſt in colchide per quem ex mari aſcenderunt Argonautę ad Aetę regnum. Aeteios. ad fines regni Aetę Aete colcorum regis Aeta ſolis filius uxorem habuit hecaten: quę perempto perſe patre patruo nupſit treſq; liberos genuit duas foeminas circen & Medeam marem unum: Egialeum nomine. Lecti. electi ex tota grecia. Iuuenes. numero quinquaginta fuerunt heroes. quorum principatus herculi datus eſt. q̄q̄ iaſon nauis & expeditionis auctor erat: ut ſcribunt flaccus & diodorus. Robora. uires fortitudo nam omnes fere erāt heroes. Auratam pellem. uellus aureū ſecundū fabulas: phrixus & helle athamantis filii ex grecia fugiētes ac tranſfretantes ſuper aurei uelleris ariete helle in pontū delapſa helleſponto nomen dedit: phryxus quum in colchida perueniſſet Arietem imolauit pellem martus. templo dicauit: Sunt qui tradant Arietem fuiſſe nomine pedagogi: quo duce phyxus in colchos peruenit: plura legito apud diodorum ſiculum. Puppi cita. naui argo. quā teſte diodoro quidam putarunt dictā Argon ab eius celeritate. Nā ἀργὸς ſignificat uelocem flaccus tamen & idem diodorus putant denominatam ab Argo eius Architecto: cicero autem ab Arg[illegible] ar go dictam Arbitratur quoniam argiui in ea delecti pellem inauratam arietis petebant. Palm[illegible] mis inde diminutiuum palmulę: Et eſt palma latior remi pars aquas eruens. Quibus. iuuenib[illegible] auſis talia: & eſt datiuus caſus eſt autem ordo quibus iuuenibus diua retinens arces in ſūmis urbibus fecit currum uolitantem leui flamine. Diua retinens arces. pallas arcium tutelā habet arces enim palladi ſacratę ſunt quod ideo fingitur quia de capite iouis nata eſt: ſed quia dea ē artiū: & ingenii ideo hęc ficta ſunt: nihil enim eſt excelentius ingenio: quo uniuerſa reguntur. Virgilius: pallas quas cōdidit arces ipſa colat pallas igit̄ a Valerio flacco appolloniū ſecuto fingit̄ ex Theſpiis quędā architectū argū noīe ſcuocaſſe ac Nauim argō ingenioſe fabricare ipaſſe legito flaccū libro primo. Arces. mōtiū apices & loca ſūma tutelę urbiū arces appellant̄ ab arcadibus teſte ſolino. Currū. pro naui acute dixit alludēs ad palladiū currū: aut certeq; imitatiōe terreſtris currus: nauis aq̄s peurrat. Inflexę. icuruę.

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitritē. hypallage: ſecundum fabulas ait: hanc nauim primam maria nauigaſſe ut Lucanus de eadem ſcribens. Inde laceſſitum primo mare quum rudis Argos Miſcuit ignotas temerato littore gentes: Plinius libro ſeptimo longa naue iaſonem primū nauigaſſe: philoſtratus auctor eſt: Mella uero aſſerit maria nauibus adire ac claſſe confligere imperitare gētibus & pleraq; alia eſſe inuenta phoenicum: cui opinioni aſtipulatur Tibullus his uerſibus: utq; maris uaſtum proſpectet turribus ęquor Prima ratem uentis credere docta Tyrus: Plinius autem multum diuerſa ſcribit hunc in modum: Nauem primus ī greciam ex ęgipto Danaus aduexit ante ratibus nauigabatur: inuentis in mari rubro inter inſulas a rege Erythra. Reperiuntur q Myſios & troianos priores excogitaſſe in helleſponto putent quum trāſirent aduerſus thracas: Sed ut Diodorus ſcribit pluto ſecundum creteſes primus nauigandi arte inuēta claſſem inſtituit eiuſq; prefectus eſt a ſaturno factus. Rudem. imperitā nauigationis adhuc ſibi ignotę. Amphitriten. pro mari poſuit fuit autem amphitrite filia Nerei & Doridos ut ſcribit Heſiodus. Tortellius cum ſeruio aliud ſenſit. Quę. carina nauis.

Illa rudem curſu prima imbuit amphitritem
Quæ ſimulac roſtro uentoſum proſcidit æquor
Totaque remigio ſpūmis incanduit unda:
Emerſere feri candenti e gurgite uultus
Aequoreæ monſtrum nereides admirantes
Illaque atque alia uiderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore nymphas
Nutricum tenus extantes e gurgite cano.
Tum thetidis peleus incenſus fertur amore
Quom thetis humanos nō deſpexit hymenæos
Quom thetidi pater ipſe iugādum pelea ſenſit:
O nimis optato ſæclorum tempore nati

Feri uultus. aut feris ſimiles. aut q aquariarum ferarū imagines belluis ēe dicuntur: ut uarro & Plinius docent: ideo quędam aquatilia ferarum nomina ſortiuntur ut aſelli lupi Mulli: torpedines & ſimilia. Cādente. ſpumoſo. Nereides. marinę nymphę. nerei & doridos filię: ſunt enim maris monſtra in humanam effigiem: Gallię legatus diuo Auguſto ſcripſit apparuiſſe in littore exanimes Nereides: Plinius auctor: Monſtrum. monſtroſam nauim pręter naturę modum aquas tentans: nam mōſtra dicūtur omnia naturę modum egredientiā ut ſenſit feſtus. Oculi mortales: mortalium hominū oculi.

Illa quę atq; alia luce. ſenſus: illo die atq; ſequentibus mortalium oculi uiderūt marinas nymphas nudis corporibus: extantes tenus uberibus: extra maris undas. Nymphas marinas. Nerei & doridos filias numero quinquaginta ut ſcribit Heſiodus: item ex oceano & tethyos natę ſunt nymphę circiter octo triginta: quarum omnium nomina refert Idem heſiodus. Tenus nutricū. tenus uberibus & māmis: quę nutriunt fętus. obſeruatum eſt: ut tenus in ſingulari numero cū ablatiuo in plurali uero magis cum genitiuo conſtruatur: ut uirgilius & crurum tenus. Tum thetidis peleus incenſus fertur amore. Tanta eſt poetarum licentia in abutendis uocabulis ut plura & diuerſa nomina in unum plerumq; cōfundant unde effectum eſt: ut quod ſit diuerſarum perſonarum uni tantum attributū ingentem lectoribus pariat errorem. ut in hoc nomie tethys cuius tamen diuerſum ſignificatū diuerſa ſcriptura interdū demōſtrat. Thetis igitur ſyllaba priore breui aſpirata chironis filia peleo nupſit: & ut flaccus Apollonium ſecutus in primo ſcribit peleo Achillem peperit anteq; ad colchicam expeditionē cū argonantis ſe conferret. Sed catullus fabulam magiſq; hiſtoriam incipiens ſcribit peleum tum primum thetidem nouiſſe maris deam quum in colchiden nauigaret: qui fabulę error inde ortus eſt: q & thetis ſimillimo nomine fuit filia nerei & doridos quā uult catullus primū nunc a Peleo adamari ceptam ac tandem in uxorem ductam: fuit item tethys ſyllaba ſecunda aſpirata & cum .y. gręco ſcripta filia cęli & telluris & oceani ſoror & coniunx ex quo flumina genuiſſe traditur ab heſiodo: q ſcribit thetidē Nerei & doridos filiam peleo nupſiſſe: atq; achillē genuiſſe. Humanos hymeneos. hominis matrimonium: Nam ex quinquaginta Nerei filiabus. duę mortalibus nupſiſſe feruntur pſamathe Aeaco: thetis peleo. Pater. iuppiter aut nereus thetidis pater. Senſit. pro conſenſit: Nam quum a Proteo audiſſet ex thetide oriturum filium qui paternam maieſtatem ſuperaret nympham: Cuius ardentiſſimo flagrabat amore nepoti ſuo peleo ducendam conceſſit: timuit enim exemplum ſuum ne quomodo ipſe Saturnum patrem: Item quandoque ipſum filii regno eiicerent. Vnde Statius. Magnanimum ęacidem formidatamque tonanti progeniem: & patrio uetitam ſuccedere cęlo: ſcripſit: Tempore nimis optato. tempore fęlici quod omnes mortales optant.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Heroes ſaluete: deum genus: o bona mater:
Vos ego ſæpe meo uos carmine compellabo:
Teque adeo eximiæ thetidis felicibus aucte
Theſſaliæ columen peleu: quom iuppiter ipſe
Ipſe ſuos diuum genitor conceſſit amores:
Tene thetis tenuit pulcherima neptunine
Tene ſuam tethys conceſſit ducere neptem
Oceanuſq; mari totum qui amplectitur orbem?
Quæ ſimul optatæ finito tempore luces
Aduenere: domum conuentu tota frequentat
Theſſalia. oppletur lætanti regia cœtu:
Dona ferunt: præ ſe declarát gaudia uultu:
Deſeritur ſcyros: linquunt phthiotica tempe
Graiugenaſque domos ac mœnia lariſſæa
Pharſaliam coeunt: pharſalia tecta frequentant:
Rura colit nemo: molleſcunt colla iuuencis.
Non humilis curuis purgatur uinea raſtris.
Non glebam prono conuellit uomere taurus:
Non falx attenuat frondatorũ arboris umbram
Squalida deſertis rubigo infertur aratris.
Ipſius at ſedes quacunque opulenta receſſit
Regia fulgenti ſplendent auro atque argento:
Candet ebur ſoliis: collucent pocula menſæ.
Tota domus gaudet regali ſplendida gaza.
Puluinar uero diuæ geniale locatur
Aedibus in mediis: indo quod dente politum
Tincta tegi roſeo conchylis purpura fuco.
Hæc ueſtis priſcis hominum uariata figuris
Heroum mira uirtutes indicat arte.

O heroes nati. ut uirgilius Magnanimi heroes nati melioribus annis: Te aucte. te o peleu: cuius dignitas aucta eſt Immortalibus thetidis nuptiis: Columen. pręſidiũ totius theſſalię. Tehtys. cęli & telluris filia & oceani ſoror & cõiunx. Suam nepté. thetidem ſecũdã quę fuit oceani & tethyos neptis Nam oceanus & tethys genuerũt multas nymphas inter quas fuit doris: ex qua & Nereo nata eſt hęc ſecunda thetis. Neptunine. patronymicum eſt lingue iados: & eſt ordo: te ne tenuit pulcherima thetis neptunine. i. filia neptuni: q & pontus dicitur ab heſiodo. Nuptunine igitur patronymicũ eſt: ut Nerine a nereo Adraſtine ab adraſto cõceſſit ne duceres neptuni neptem filiã Nerei: q filius dicitur fuiſſe ponti: quẽ neptunum appellat poeta. Quę luces. qui dies nuptiales: Theſſalia. a theſſalo filio hemonis: a quo hemõia nũcupata fuit teſte ſtrabõe: pharſalia a pharſalo oppido: emathia ab ęmathione duce ut ſẽſit iuſtinus. Dona ferũt. hic mos ẽt noſtris ſeruatur tẽporibus: ut nuptiis regiis ſui populi munera cõferant uniuerſi. Prę ſe declarant. oſtendunt ſua gaudia ex regis nuptiis concepta. Nam principũ cõmodis decet omnes gaudere. Sciros. inſula obiecta littori theſſalico Nã ut ſcribit ſtrabo in nono frequẽtes cõtra magneſia theſſalię littora incumbũt inſulę. Clariſſima uero ẽ ſcyrus propter lycomedis cũ achille affinitatẽ: ſcyros ut Tradit Plinus a Naxo quatuordeci milia paſſuũ hõeri ſepulchro ueneranda lõgitudinis. xxv. mil. paſſuũ. olim phęnice appellata. Scyros. p prolepſim p̃ occupat: nã nondũ affinitas cũ peleo lycomedi regi ſcyrio erat pp quã ſcyrii ad has nuptias ſe cõferrent. Pthiotica. theſſalia a phthia urbe achillis patria. Domos graiugenas. theſſalicas a graio rege: unde graii dicti ſunt: lariſſa theſſalię urbs: itẽ lariſſa & in creta & in peloponeſſo & in eubęa: & in aſia & in attica legito ſtrabonẽ in nono. Humilis uinea. aut qa uitis imbecilla ẽ aut certe: qa ut ſcribit collumella in epyro & theſſalia breuiſſimę ſũt uites & pene p terrã errantes. Ipſius ad ſe. regiaꝶ nuptiaꝶ luxus & apparatus deſcribitur. Gaza. pſarum lingua theſſaurus dicitur. Puluinar. pro plũmeo lecto & geniali thalamo in quo noua nupta cubitura eſt cum ſponſo. Geniale. coniugale. Indo dente. ebore indici elephantis ad differentiam eboris maurici: ut iuuenalis dentibus ex illis quos mittit porta ſienes. Conchylis purpura. purpura ex conchylio piſce eſt enim conchylium ex genere concharum: de quo & purpura legito multa apud plinium libro nono capitulo. xxxvi. Hec ueſtis. pro tapete ſiue aulęo ponitur: Nam ueſtis generaliter dicitur qua quicquid Induitur aut etiam tegitur: ut Veſtis ſtragula: Qua lectus cubileq; tegitur.

Nanque fluentiſono proſpectans littore diæ
Theſea cedentem celeri cum claſſe tuetur:
Indomitos in corde gerens ariadna furores
Nec dum etiam ſeſeque ſui tum credidit eſſe
Vtpote fallaci quæ tum primum excita ſomno
Deſertam in ſola miſeram ſe cernit harena
Immemor at iuuenis fugiens pellit uada remis
Irrita uentoſæ linquens promiſſa procellæ:
Quem procul ex alga mœſtis minois ocellis
Saxea ut effigies bacchantis proſpicit euæ:
Proſpicit & magnis curarũ fluctuat undis:
Non flauo retinẽs ſubtilem uertice mitram:
Non cõtecta leui uelatum pectus amictu:
Non tereti ſtrophio lactẽtis uincta papillas:
Omnia quæ toto delapſa e corpore paſſim
Ipſius ante pedes fluctus ſalis alludebant:
Sed neq; tũ mitræ neq; tum fluitantis amictus
Illa uicẽ curans toto ex te pectore theſeu
Toto animo tota pendebat perdita mente:

Námq; fluentiſono. Digreſſio poetica: Ecbaſis apparationis ſeu ornatus cauſa: talis habetur in tapetibus fabula depicta quemadmodũ theſeus in cretam profectus cum ſeptem uirginibus & ſex maribus pro tributo ãnuo Minoi perſoluendo parta de Minotauro uictoria Ariadnã Minois filiam ſuo amore captã abſtulit eãq; in inſula dia q̃ Naxos dicit̃ reliqt: bacchus ab indis reuertẽs ac puellã i littore inſulę cõquerentẽ inueniẽs illã amplexu cõſolatus ſibi uxorẽ cõiugauit. Dię. Naxi inſulę: quę prius dia dicebat̃: ut Plinius ſtrabo Diodorus ſcribunt Plinius lib. iiii. naxus a delo. xviii. mil. paſſuũ cũ oppido quã ſtrongylẽ: deinde dian mox dionyſiada a uineaꝶ fertilitate: alii ſiciliã minorẽ aut calliopolin appelarũt patet circuitu ſeptuagita mil. paſſuũ dimidioq; maior eſt q̃ paros: ſcribit aũt Diodorus quũ theſeus i cretã nauigaſſet ariadne minois filia eius ſpecie ac decore capta conſiliũ opãq; dedit minotauri occidẽdi et labyrithi egreſſum edocuit: deide quũ Ariadne noctu clam recedens in inſulam appulit aliquãdo dian: nũc uero naxon uocitatã: eo tẽpore Dionyſiũ ferunt pulchritudine Ariadnes captũ: quũ a theſeo uirginẽ abſtuliſſet eam uxorẽ duxiſſe plura legito apud Diodorũ libro. iiii. Tuetur. intuit̃ aſpicit. Furores. furibundos amores. Nec dũ etiam ſeſeq; ſui tum credidit eſſe. ſenſus eſt: quia uix a ſomno excitata eſt: quũ iam theſeus abiret nõ adhuc credebat ſe ipſam eſſe ſuã hoc eſt ignorabat ſe ipſam quęnã eſſet adeo attonita erat. Irrita uentoſę linquens promiſſa procellę. ſic uerba nullum effectũ habẽtia dicũtur a uentis diſcipari Naſo irrita uẽtoſę rapiebant cuncta procellę: & alibi & iubet ęolios irrita ferre notos: Tibullus irrita p uẽtos & freta ſũma uehant. Minois. Ariadna filia minois: qui filius fuit aſterii regis cretẽſis & europes a ioue olim raptę auctor euſebius. Saxea ut effigies. ordo eſt: minois ut ſaxea effigies euę bacchãtis proſpice procul ex alga męſtis ocellis. Aeuę. bacchę thyadis ab uoce bacchantium aut ab euãte Bacchi cognomine εὐ εὐ Subtilem mitrã. aut pro muliebris capitis ornamento poſuit: aut certe mitram dicit qua regũ filię utũtur Virgilius non mitram ſed coronã appellauit libro primo: & duplicem gẽmis auroq; coronam. an mitram pro thiara poſuit: eſt aũt mitra ut ſcribit Seruius barbaraꝶ gentiũ incuruus pileus de quo pendet bucchaꝶ tegimen hoc phrygii maxime utuntur. quod hiarbas in ęneam exprobrauit Meonia mentũ mitra crinẽq; madentem ſubnixus. Strophio. ſtrophion ut catullus plane indicat faſcia eſt pectoralis ad puellares mãmas deuinciendas: Marcellus ſic ſtrophion faſcia breuis quę uirginearum papillarũ errorẽ coercet: Hęc a Martiale faſcia pectoralis lemmate appellat̃ cuius diſtichon eſt: faſcia creſcentes dñę cõpeſce papillas ut ſit qđ capiat noſtra tegatq; manus ϛρόφιον aũt gręci ut ait ſuidas accipiũt pro uolubili quodã & torque: eſt itẽ ſtrophiõ ut feſtus ſcribit inſigne quoddã latine ſtropus qđ pro inſigni ponebat̃ incapitibus ſacerdotũ: alii id coronã eſſe dicũt de quo plinius libro. xxi. de coronis tractãs hęc ſcribit Tenuuioribus coronis utebant̃ antiq ſtrophia appellãtes: unde nata ſtrophiola. Quin & uocabulũ ipm tarde inde eſt cõmunicatũ inter ſacra tantũ & bellicos honores coronis nomẽ ſuũ uendicãtibus. Alludebãt. cõmouebant̃ agitabant̃ Terẽtius in adelphis ſinito hunc congrũ in aqua ludere pauliſp. Vicem. ſortẽ: oratius uiceſq; ſuperbę te maneant ipſum. Ericina. uenus ab erice Siculo monte in quo ęneas matri templum poſuit: ut ait Virgilius. Ericino in uertice ſedes fundabat ueneri idalię: erat item ueneris ericinę templum Romę apud portam collinam ut ſtrabo in ſexto teſtatur cuius etiam: Naſo in faſtis meminit ſic Templa frequentari collinę proxima portę: Nunc decet a Siculo nomina colle tenet: Erat pręterea ueneris ericine ędes in Capitolio ab atilio fabio: ut Scribit Liuius Libro Vigeſimo tertio.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Externauit.i.exterruit exanimauit a mente alienauit: Marcellus aūt exponens hunc locum ait externauit pro cōſternauit dementē fecit. Spinoſas.noxias moleſtas. Serēs.inſerens pro ſeminans. Illa tēpeſtate ferox.ordine poetico eleganter utitur.cuius lex eſt hiſtorias tractandas nō a primo exordio ſed rerū medio incipere & poſtmodū tandē ad primum rei principiū reuerti: hanc enim theſei & ariadnes hiſtoriā ſuperius exorſus erat a miſerrima Ariadnes deſtitutione: Nūc ad rei principiū ideſt ad theſei hiſtoriā reuertitur. Pirȩi.pirȩus & munichia duo celeberimi athenarū portus naualibus aptiſſimi fuere. Et pirȩus triſſyllabum eſt ſecunda p ae dipthongū grȩce ſcribitur. πειραιὸς καὶ πειραιεύς εως: Propertius:inde ubi pirȩi capient me littora portus. Cortinia.cretenſia a cortina urbe cretȩ. Templa. pars pro toto nam principū regū q idem erant ēt ſacerdotes domus templū ali quod habebant: alibi tamē nō tēpla ſed tecta legitur quȩ rectior mihi uidetur lectio. Electos iuuenes.ſeptem mares:& totidē puellȩ inuptȩ tributo Minoi ſingulis annis ſoluebantur ab athenienſibus Notiſſima eſt hiſtoria: Virgilius in foribus lȩtum androgeo tum pendere penas cecropidȩ iuſſi.miſerum ſeptena quotannis copora natorum ſtat ductis ſortibus urna: duos fuiſſe Minoas legito apud diodorum libro quarto: Nā primus parata claſſe maris imperio potitus eſt Plinius in ſeptimo: Claſſe princeps depugnauit Minos. Quis.pro qbus. Auguſta. ſancta palladi ſacrata. Ipſe theſeus. iſocrates & plutarchus atq; eos ſecutus cicero theſeū Neptuni filiū fuiſſe teſtantur qbus & Hyginius aſtipulatᷣ Diodorus aūt modo tradit Theſeum ex ȩthra pictei filia & neptuno natum eſſe: modo plane ſubdit theſei patrem fuiſſe ȩgeum theſeaq; nutritum in Troezene penes picteum maternū auū Legito Amplius Diodorum. Alii uero quos Ouidius & Catullus prȩſertim ſequūtur Theſeū ȩgei ȩgeū uero Neptunii filium fuiſſe ſcribunt: unde illud Iuuenalis: Perq; tuum pater ȩgei neptune Tridentem. Pro charis Athenis. quas ipſe ex duodecim uicis primus muro cinxit cecrops enim primum multitudinem in ciuitates.xii.habitandas digeſſit: Theſeus uero poſtea illas duodeci in hāc unā cōgregaſſe ciuitatem denuo memoratᷣ plura q uolet legat apud ſtrabonē libro nono. Cecropiȩ.athenaꝶ a cecrope q ex noie ſuo unā de duodecim tribū ſeu ciuitatē nuncupauit. Supbas.nobiles aut crudeles ob impium tributū. Cupido lumine.Tibullus ſi neſcis oculi ſunt in amores. Virgo regia.Ariadne. Coſtus.inter odoꝶ genera coſtus habetᷣ pcioſa cuius ſic meminit plinius libro.xii.cap.xii.Radix & foliū indis ē maximo pcio radix coſti guſtu feruens odore eximio frutice alias inutili. Quales.apta compatio pro puellari uenuſtate mōſtrāda: mirtus arbor littoralis calidis locis gaudēs: Ideo ueneri ſacrata.de huius generibus plura ſupius dixi. Tu eurotȩ.Eurotas fluuius laconicȩ regionis. In corde miti.i corde puellari qđ mite hūanūq; ſolet eſſe. Aura uer.zephyrus uerno tpe ſpirās. Flāmā.flāmeū & igneū amorē: uſitatiſſima pro amore trāſlatio. Sācte.diuinȩ hūana ſtulticia cōſacratȩ. Quiq; re.col.uēus cū filio cupidie apđ colchos ſupſticioſiſſime colitᷣ ut flaccus i argonauticis pleꝶq; tāgit & poeta noſter ſupra teſtatᷣ de uenere ſcribēs: Quȩq; ancona cnidūq; arūdinaſam colis quȩq; amathūta quȩq; colchos idaliū cypri Nemus de quo ſupius ſatis dictū eſt.

Ah miſeram aſſiduis quam luctibus externauit
Spinoſas ericina ſerens in pectore curas:
Illa tempeſtate ferox: & tempore theſeus
Egreſſus curuis e littoribus pyrȩi
Attigit iniuſti regis cortinia tecta:
Nam perhibent olim crudeli peſte coactam
Androgeaneæ pœnas exoluere cædis:
Electos iuuenes ſimul & decus innuptarum:
Cecropiam ſolitam eſſe dapem dare minotauro:
Quis auguſta malis quum mœnia uexarentur:
Ipſe ſuum theſeus pro charis corpus athenis
Proiicere optauit: potius q̄ talia cretam
Funera cecropiæ: nec funera portarentur:
Atq; ita naue leui nitens ac lenibus auris
Magnanimū ad minoa uenit: ſedeſq; ſuperbas:
Hunc ſimulac cupido cōſpexit lumine uirgo
Regia quam ſuauis expirans coſtus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat:
Quales eurotæ pergignunt flumina myrtos:
Auraue diſtinctos educit uerna colores.
Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina: q̄ cuncto concæpit corpore flammam
Funditus atque imis exarſit tota medullis.
Heu miſeræ exagitans immiti corde furores
Sancte puer curis hominum qui gaudia miſces:
Quiq; regis colchos: quiq; idalium frondoſum:
Qualibus incenſam iactaſti mente puellam

Flauo hoſpite.flauus i amātibus color gratiſſimus hētᷣ ut pote uiuidior atq; calidior: & iō ueneri gratior Ora.pmiſit exptus fidelē iuppiter i ganymede flauo. Timores.amor ſēp i Timore uerſatᷣ ut apđ Oui.Penolope: Res ē ſolliciti plena timoris amor. Sȩuū mō.Minotauꝶ. Promittēs.Ariadna pro theſeo: cuius amore iā cȩpit flagrare. Nā ue.aptiſſima ſimilitudo ad uacillātē ſe titubātē amātis animū demōſtrādū. Tauꝶ.taurus mōs Aſiȩ uariis noibus pro regionū q̄s tāgit uarietate appellatus.ut ſolinus: & Mella: atq; Pli.Scribūt. Sudāti cor.pi.pius cortex reſinā exudat Pli.āt ſcribit Pinus fert minimū reſinȩ iterdū ex nucibus ipis de qbus dictū ē: uixq; ut aſcribatur generi Pinaſter nihil aliud eſt q̄; pinus ſylueſtris mira altitudie: & a medio ramoſa ſicut pinus i uertice copioſiorē dat hȩc reſinā. Sȩuū.crudelē Minotaurū. Inde.a minotauro mortuo. Regēs ue: ut eū Ariadna docuerat Virg. in.vi.Dȩdalus ipſe dolos tecti ambageſq; reſoluit: cȩca regēs filo ueſtigia: Higinius uero i tractatu de corōa.Aliter Theſeū euaſiſſe labyrinthū ſcribit legito eū. Fruſtraretᷣ.decipet & falleret theſeum. Labyrintheis.labyrinthos portētiſſimū hūani ingenii opus quattuor fuiſſe ſcribit Pli.Prius fuit i egypto factus añ annos tria milia ſexcētos a peteſucho rege: ſiue tithoe hic utiq; ſūpſiſſe dȩdalū exēplar eius labyrinthi quē fecit in creta nō ē dubiū ſed centeſimā tātū portionē eius imitatū: tertius fuit i lemno: quartus i Italia: quē fecit ſibi porſena rex hetruriȩ ſepulchri cā ſimul & ut externoꝶ uanitas quoq; ab Italis ſuparetᷣ. In obſ. er.error qui ēt obſeruādo euitari nō poſſit: Vir.hoc igenioſe imitatus iqt. Hic labor ille domus & inextricabilis error. Ego a pri.dig.car.i.a pricipali carmis mei propoſita narratione: q̄ ſic procedere a pricipio cȩpit: q theſeus ad Minoem uenit: Ariadne uero eū cōſpectum adamare cȩpit: ſeqtur itaq; p ordinē ſic ariadne igitᷣ filia genitorē & cōſāguineȩ cōplexū: matrē deniq; theſei amoribus poſtponēs illū ſecuuta ē relicta patria aut p poccupationē talis ē ſenſus ſed nō opus ē ut ego a Pelei nuptiis digreſſus: qđ pricipale & primū ē mihi carmē plura cōmemorē de ariadne: & tū dicit uerborū iteriectiōe plura. Cōſanguineȩ. phedrȩ q̄ filia fuit Deucaliōis Ariadnes fris: eā.n.ut filiā amauit Ariadna. Matris.paſiphaes q̄ ſolis & Cretȩ nymphȩ fuit filia. Quȩ dep: oppreſſa exanimata paſiphae. Luctu miſero natȩ.miſeris lachrymis pro abſenti nata fuſis. Cōiūx.theſeus: qui cōiugium perpetuum Iureiurando puellȩ promiſerat. Aciē.uiſum oculoꝶ. Cōſcēdere.pro cōſcēdiſſe. Tollētē.eleuātē. Tegmina.tunicas: quȩ ēt Suras tegūt. Mollia.tenuia. Aeſtus.fluctus ȩſtuoſos.

Fluctibus in flauo ſæpe hoſpite ſuſpirantem:
Quantos illa tulit languenti corde timores:
Quanto ſæpe magis fulgore expaluit auri.
Quom ſæuum cupiens cōtra cōtēdere mōſtrum
Aut mortē oppeteret theſeus aut præmia laudis.
Non ingrata tamen fruſtra munuſcula diuis
Promittens: tacito ſuſpendit uota labello:
Nam uelut in ſummo quatientem brachia tauro
Quercum: aut cornigerā ſudanti cortice pinum:
Indomitus turbo cōtorquens flamine robur
Eruit: illa procul radicibus exturbata
Prona cadit: late quæ cōminus omnia frangit:
Sic domito ſæuum proſtrauit corpore theſeus
Nequicquam uanis iactantem cornua uentis
Inde pedem ſoſpes multa cum laude reflexit
Errabunda regens tenui ueſtigia filo:
Ne labyrintheis e flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error.
Sed quid ego primo digreſſus carmine plura
Cōmemorē: ut linquens genitoris filia uultum
Vt cōſanguineæ complexum: ut denique matris
Quæ miſero gnatæ fleret deperdita luctu:
Omnibus his theſei dulcem præferret amorem
Aut ut uecta ratis ſpumoſa ad littora diæ
Aut ut eam dulci deuictam lumina ſomno:
Liquerit immemori diſcedens pectore coniunx.
Sæpe illam perhibent ardenti corde furentem:
Clariſonas imo fudiſſe e pectore uoces
Actum præruptos triſtē conſcendere montes:
Vnde aciem in pelagi uaſtos protenderet æſtus:
Tum tremuli ſalis aduerſas procurrere in undas
Mollia nudatæ tollentem tegmina ſuræ:
Atque hæc extremis mœſtam dixiſſe querelis:
Frigidulos udo ſingultus ore cientem:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Siccine me patriis. omnis oratio pathetica abruptum initium habet: ut me ne incepto deſiſtere uicta? Nec tantum tale habet initium: ſed etiam omnis oratio pathetica breuibus ſententiis eſt Crebris figurarum mutationibus uelut inter ęſtus Iracundię fluctuare debet: ut hęc tota Ariadnes conqueſtio formata ē. Siccine. iter cęteras talis orationis figuras creberrie fit iterrogatio: ſeu percōtatio perbreuis: Has aūt oēs querelas imitatus pene ad uerbū Ouidius in epiſtola Ariadnes ad Theſeū.

Perfide. qui fidem mihi iureiurādo a te datam frangis. Numine diuum. per quos iuraſti mihi fidem. Deuota periuria. execrationibus meis ad infortunium deſtinata. Apiſci. adipiſci: Lucillius ut ego hinc fugiam quod ego te imprimis Cupere apiſci intelligo. Nil metuunt iurare. Naſo i arte: Iuppiter ex alto periuria ridet amātū: & iubet ęolios irrita ferre notos. Germanum. Minotaurum fratrem meū.

Dilaceranda dabor feris. hic in littore deſerto relicta a feris ſum deuoranda. Alitibus. quū periero ab alitibus deuoranda. Neq; tumulabor. quia nemo hic in inſula adeſt. Iniecta terra. quod ſepulturę genus habetur Virgilius: aut tu mihi terram inice: Oratius: at tu nauta uagę ne parce malignus arenę oſſibus & Capiti ihumato particulam dare. Quod mare. aut dicit hoc quia Theſeus Neptuni filius dictus eſt: aut certe ut Scribit Gellius poetę ferociſſimos & imanes & alienos ab humanitate tanq; e mari genitos Neptuni filios dixerunt: ut cyclopa cerciona leſtrigones. Quę ſyrtis quę ſcylla uorax quę uaſta carybdis. hic Virgi. pene aduerbum. Quid ſyrtes aut ſcylla mihi qd uaſta carybdis profuit? Homerus in. xvi. ὀυ ἄρα σοί γε ἦν ἱπ πότα πηλεύς ὀυδε θέ τις μήτηρ γλαύκη δὲ σε τέκε θάλασσα πέτρα τε ἠλίβατη ὅτι τοι νόος ἐςιν ἀποινής. Quę leęna. ut Virgilius duris genuit te cautibus horrens caucaſus hyrcanęq; admorunt ubera tigres. Ouidius: te lapis & montes innataq; rupibus altis robora te ſęuę progenuere ferę: aut mare quale uides. Sęua fors. Crudelis fortuna.

Priſci parentis. ueteris ęgei. Inuidit. inuidendo abſtulit aut uetuit: Vt Liber pampineas inuidit collibus umbras. Noſtris queſtibus inuidit auras. meis querelis negauit auras ne ad hominum aures deferrentur.

Siccine me patriis abductā perfide ab oris
Perfide deſerto liquiſti in littore theſeu?
Siccine diſcedens neglecto numine diuum
Immemor ah deuota domum periuria portas?
Nullane res potuit crudelis flectere mentis
Conſilium: tibi nulla fuit clementia præſto?
Immite ut noſtri uellet miſereſcere pectus:
At non hæc qundam blanda promiſſa dediſti
Voce mihi: non hoc miſeram ſperare iubebas:
Sed connubia læta: ſed optatos hymenæos:
Quæ cuncta aerii diſcerpunt irrita uenti:
Tum iam nulla uiro iuranti fœmina credat:
Nulla uiri ſperet ſermones eſſe fideles:
Qui dū aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci
Nil metuunt iurare: nihil promittere parcunt.
Sed ſimulac cupidæ mentis ſatiata libido eſt:
Dicta nihil metuere: nihil periuria curant.
Certe ego te in medio uerſantem turbine lęti
Eripui & potius germanum amittere creui:
Quā tibi fallaci ſupremo in tempore deeſſem.
Pro quo dilaceranda feris dabor: alitibuſque
Præda: neque iniecta tumulabor mortua terra.
Quænam te genuit ſola ſub rupe leæna?
Quod mare cōceptū ſpumātibus expuit undis:
Quæ ſyrtis q̄ ſcylla uorax quæ uaſta charybdis:
Talia qui reddis pro dulci præmia uita?
Si tibi non cordi fuerant connubia noſtra:
Sæuaque abhorrebas priſci præcepta parentis:
Attamen in ueſtras potuiſti ducere ſedes:
Quæ tibi iucundo famularer ſerua labore:
Candida permulcens liquidis ueſtigia lymphis:
Purpureaue tuum conſternens ueſte cubile:
Sed quid ego ignaris nequicquā cōquerar auris
Extenuata malo? quæ nullis ſenſibus auctæ:
Nec miſſas audire queunt: nec reddere uoces:
Ille autem prope iam mediis uerſatur in undis:
Nec quiſquam apparet uacua mortalis in alga:
Sic nimis inſultans extremo tempore ſæua
Fors etiam noſtris inuidit queſtibus auras.

Iuppiter omnipotens. hos uerſus Maro diligenter ęmulatus eſt: & ad uerbum pene tranſtulit: foelix heu nimium fęlix ſi littora tantum nunq; dardanię tetigiſſent noſtra carinę. Cnoſia. Cretēſia: Cnoſos cretę urbs a Curetibus corybantibuſq; Condita: ut ſcribit Euſebius. Cecropię. athenienſes. Indomito: qui ante Theſei aduentum indomitus fuerat. Stipendia. ad hiſtorię ueritatem rettulit: Nam quatuordecim athenienſis nobilitatis liberi Minotauro in ſtipendium ſingulis annis dabantur: philochorus teſte Euſebio ſcribit Taurum Minois magiſtrū fuiſſe Inhumanum atq; crudelem: & quia Minos ſuper mortem Androgei agōem ſtatuerat p̄mii nomine pueros atticos largiēs: & ille in agone fortiſſimus uniuerſos ſuperabat: tandem factum eſt: ut a Theſeo i paleſtra ſuperaret̃. Religaſſet. ſoluiſſet cretā uerſus. Crudelia. crudelitates. Dulci. blāda. Cōſilium. ſ. euadendi labyrinthi: Nam ut Diodorus ſcribit Ariadna Theſei ſpecie ac pulchritudine capta: & cōſiliū operamq; dedit minotauri occidēdi: & labyrinthi egreſſum edocuit. Nā quo me referam. alia conqueſtio miſeranda a loco deſolatiſſimo. Idmeneos ne petam montes. ſunt qui exponant montes idmeneos idest cretēſes ab idomeneo rege cretenſi ſed inepta quidem eſt expoſitio cum q; talis ſyncopa incognita eſt in propriis & proriorum nominum deriuatis: tum uero q; poſt Ariadnen per multos ānos fuit idomeneus. Ego autem puto locū eſſe uetuſtate deprauatum. Non eſſet abſurdum ſi legeretur idęos ne petā mōtes ab ida cretenſi. An patris auxiliū. a cauſa quia cogit̃ nihil ex patre ſperare. Langueſcēt lu. morte. bono uſus ē ordine: Nā ut tāgit Pli. oculi lucis uſu uitā diſtingunt a morte primū ergo mortis ſignū in oculis ē deide reliquoꝝ ſenſuū amiſſio ſequit̃. Mulctā. ſuppliciū pęnā & eſt uocabulum oſcū. Nullo littus ſola iſu. te. iterū a loco miſericordiā cōmouet: Quare facta uirū mulctātes uindice pęna Eumenides. iracūdia & muliebris imprecatio: obſeruatū aūt eſt in oratiōe pathetica indignationē cōmouēte: ut ad extremum orationis finem maledicta ira indignationem euomente diffundantur. Deę. Eumenides furię o dirę aſpirate meis uotis. Inuito numine contraria dicere uidetur: q; annuerit: & inuitus fecerit: quod dei non eſt: Sed ānuit iuppiter iuſtę ultiōis iprecationibus: iuitus autē fecit motus Theſei & ęgei miſericordia: & q; diuinitas promptior ad pietatem q̄; ad ultionem eſſe conſueuit: Sed Ariadnę proditę honeſte negare non potuit iuſtę ultionis uotum. Quo. numine.

Iuppiter omnipotens utinam nec tēpore primo
Cnoſia cecropiæ tetigiſſent littora puppes:
Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro
Perfidus in cretam religaſſet nauita funem:
Nec malus hic celans dulci crudelia forma
Conſilium noſtris quæſiſſet ſedibus hoſpes:
Nam quo me referam? quali ſpe perdita nitor?
Idmeneos ne petam mōtes? a gurgite lato
Diſcernēs pontū truculentū ubi diuidit æquor?
An patris auxiliū ſperem quē ne ipſa reliqui
Reſperſum iuuenem fraterna cæde ſecuta?
Cōiugis an fido conſoler memet amore?
Quiue fugit lētos incuruans gurgite remos:
Præterea nullo littus ſola inſula tecto:
Nec patet egreſſus pelagi cingentibus undis:
Nulla fugæ ratio: nulla ſpes: omnia muta:
Omnia ſunt deſerta: oſtētant omnia lœtum:
Non tamen ante mihi langueſcēt lumina morte
Nec prius a feſſo ſecedent corpore ſenſus
Quā iuſtam a diuis expoſcam prodita mulctam
Cæleſtumque fidem poſtrema comprecer hora
Quare facta uirum mulctantes uindice pœna
Eumenides: quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantis præportat pectoris iras:
Huc huc aduentate: meas audite querelas
Quas ego nūc miſera: extremis ꝓferre medullis
Cogor inops ardens: amenti cæca furore:
Quæ quoniam uere naſcuntur pectore ab imo:
Vos nolite pati noſtrum uaneſcere luctum.
Sed quali ſolam theſeus me mente reliquit
Tali mente deæ funeſtet ſeque ſuoſque.
Has poſtq̄ mœſto profudit pectore uoces
Supplicium ſæuis expoſcens anxia factis:
Annuit inuito cæleſtum numine rector:
Quo tunc & tellus: atq; horrida contremuerunt:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Aequora concuſſitque micantia ſydera mundus:
Ipſe autem cæca mentis caligine theſeus
Conſcius oblito dimiſit pectore cuncta:
Quæ mandata prius conſtanti mente tenebat
Dulcia nec mœſto ſuſtollens ſigna parenti
Soſpitem & ereptum ſe oſtendit uiſere portum.
Nanque ferunt olim claſſi cum mœnia diuæ
Linquēte gnatum uentis cum crederet ægeus
Talia cōplexus iuueni mandata dediſſe:
Gnate mihi lōga iucundior unice uita:
Gnate ego quē in dubios cogor dimittere caſus:
Reddite in extrema nuper mihi fine ſenectæ:
Quādoqdē fortuna mea: ac tua feruida uirtus
Eripit inuito mihi te: cui languida nondum
Lumina ſunt gnati chara ſaturata figura:
Non ego te gaudens lætanti pectore mittam:
Nec te ferre ſinam fortunæ ſigna ſecundæ:
Sed primum multas expromā mente querelas
Canitiē terra: atq; infuſo puluere fœdans:
Inde infecta uago ſuſpendam lintea malo:
Noſtros ut luctus noſtræq; incendia mentis
Carbaſus obſcura dicet ferrugine ibera.

Tunc tellus atq; horrida cōtremuerūt ęquora. hęc ē dei maieſtas & infinita poteſtas Qui & Apollo Mileſius de Iudeorum numine cōſultus ſic expreſſit ἤλε θεὸν γασιλῆα καὶ ϐεννητῆρα πρὸ πάντων ὃν τρέμεται γαῖα καὶ ούρανος ἠδε θάλασσα ταρτάρεοί τε μυχοι καὶ δαίμονες ἀποφρίτουςι. Et Ora. reges in ipſos imperiū ē iouis clari giganteo triūpho cūcta ſupcilio mouētis: ſic Virg. Annuit & Totū nutu tremefecit olympū. Mūdus. cęlū. Nā Pli. ait Mundum & hoc quod noīe alio cęlū appellari libuit. Cōcuſſitq; micantia ſydera. Sic Homerus. μέγαν δ᾽ ἐλέλιξαν ὄλυμπον. Signa. uela cādida in ſignū ſalutis conſeruatę. Dulcia pa. quę procul uiſa iucunditatē ęgeo parēti Theſei dediſſent. Calligine. obliuiōe quę ē mentis tenebroſa calligo. Diuę. palladis. Vnde appellatę ſunt athenę ἀπὸ τῆς ἀθηνῆς. i. a pallade ut Naſo cōfirmat ſcribēs dictas a pallade terras. Reddite. reſtitute mihi in extrema ſenecta Nam ut ſcribit Diodorus: Theſeus ut Herculis geſta imitaretur: mare igreſſus adiecit aium ad ea certamina: quę laudē & gloriā ſibi eſſent allatura: E primū Corinetū deinde ſchinō ſcyronē Certiona procuſten pnicioſos hoies ſubſtulit qbus rebus geſtis Athenas in patris regnū puenit: ut & Catul. nunc Tangit dicēs reddite i extrema nuper mihi fine ſenectę hęc oia Legas apud Ouidiū. li. vii. Metamorphoſeos: poſt aūt athenarum ingreſſum Minotauri expeditionem ſuſcepit. De Theſei geſtis plura legito apud Diodorum & plutarchū. Virtus feruida. fortitudinis diffinitio. Cui. mihi. Lāguida lu. oculi ſeniles lā annis languētes. Caniciē terra atq; infuſo puluere fędans. hoc i ſūmis doloribus atq; ſupremis calamitatibus factitabāt Antiq: ut Homerus de Achille patrocli necem lugente demōſtrat: & Vir. de latio atq; allete pallātis nutricio ſcribit: ſic ęgeus filiū incertū Minotauri periculū mittens męrorē ſuū capitis fędatiōe teſtatur. Dicet. demōſtret Nā & Indico indicis dicitur: ſed principiū eſt indicere. i. dicēdo mandare et denunciare. Ferrugine hibera. ferrugo ut ſcribit ſeruius eſt purpura nigrior hiſpana: ut Virgilius Et ferrugine clarus hibera. Et Tum Caput obſcura nitidū ferrugine texit: Itē idem alibi ſcribit ferrugo coloris genus eſt: q uicinus ē purpurę ſubnigrę: & hibera: nō hiſpana ſed pōtica hec ſeruius cuius expoſitionē miror quū hiberam modo hiſpanam exponat modo neget hiſpanā eſſe. Marcellus autem tradit ferrugineum colorē ferro ſimilem eſſe uolunt: uerum ferrugineus ceruleus eſt Vir. & ferrugineos hyacinthos. Coccū i em ut aſſerit duobus in locis plinius gramen ſeu granū rubēs eſt galatię oppidi hiſpani eius uſus eſt in conchilii colore: ferrugo igitur hibera ut oppinor coccineus conchylio miſtus Color eſt: hic autem Catullus ferrugineum non coccineum: ſed ſubnigrum Ceruleo admiſtum intellexit: ut Virgilius: & ferruginea ſubuectat corpora Cymba: Et Tum caput obſcura nitidum ferrugine texit. Quod tibi ſi ſancti conceſſerit incola ithyni. ithynon templū mineruę poliadis athenis uetuſtum in ſaxo ſurgit in quo lucis inextinctę lychnus eſt: & uirginū domus ab ithyno conditore ithynon appellata: & a Plinio uerbo gręco parthenonia dicta in qua ē palladiū ſiue Mineruę ex ebore Phydię opus pfectū: Eſt prętera ithon mons theſſalię palladis tēplo celeberrimus unde ithonia pallas dicitur feſto & ſtrabone authoribus & apud pauſaniam elegans extat epigramma quo a pyrrho celtarum ſpolia palladi ithonię dicata fuiſſe oſtēdit.

Quod tibi ſi ſancti conceſſerit incola ithyni
Quæ noſtrum genus ac ſedes defendere ſueta
Annuit ut tauri reſpergas ſanguine dextram:
Tum uero facito ut memori tibi condita corde
Hæc uigeant mandata: nec ulla oblitteret ætas
Vt ſimulac noſtros inuiſent lumina colles:
Funeſtam antennæ deponant undique ueſtem
Candidaque intorti ſuſtollant uela rudentes:
Quam primum cernens ut læta gaudia mente
Agnoſcam cum te reducem ætas proſpera ſiſtet:
Hæc mandata prius conſtanti mente tenentem
Theſea ceu pulſæ uentorum flamine nubes:
Aerium niuei montis liquere cacumen:
At pater ut ſumma proſpectum ex arce petebat:
Anxia in aſſiduos contollens lumina fletus:
Cum primum inflati conſpexit lintea ueli
Præcipitem ſeſe ſcopulorum e uertice iecit:
Amiſſum credens immiti theſea fato:
Sic funeſta domus ingreſſus tecta paterna
Morte ferox theſeus: qualem minoidi luctum
Obtulerat mente īmemori talem ipſe recæpit:
Quæ tamen aſpectans accedentē mœſta carina:
Multiplices animo uoluebat ſaucia curas:
At pater ex alia florens uolitabat iachus:
Cum thyaſo ſatyrorum: & niſygenis ſileneis:
Te quærens ariadna: tuoque incenſus amore
Quātū alacres paſſim lymphata mente furebāt
Eu oe bacchantes eu oe capita inflectentes
Harum pars tecta quatiebant cuſpide thyrſos:
Pars e diuulſo iactabant membra iuuenco:
Pars ſeſe tortis ſerpentibus incingebant:
Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis:

Incola. habitatrix. Sancti Ithyni. ſacratę parthenonię ab ithyno cōditę. Deprauata eſt apud ſtrabonis interpretē dictio ictinus pro ithynus. Annuit. cōcedit. Quę noſtrū genus. Nā athenarum tutela Minerua ē. Tauri. Minotauri. Funeſtā ueſtē. nigra uela: qbus Antenna & malus ueſtiuntur. Noſtros Colles. E montibus Atticis maxime hi ſūt nobiles hymetus Brileſſus lycabetus: parnes: & corydalus. Lumina. oculi tui. Niuei mōtis. pro Niuoſi. Vt. ſicut: uel qn. proſpectū ad proſpiciēdū. Minoidi. Ariadnę. Quę. ariadna. Aſpectās. procul aſpiciēs. theſea ad ſe accipiēdā reuertētē. Pater iachus. liber pater bacchus. Nā quum Theſeus in Dia permanēs p ſomnum Dionyſū ſibi niſi ariadnam dimiſiſſet minitātem timore pculſus muliere dimiſſa ex inſula diſceſſit Dionyſus nocturnu ſumptā ariadnā in mōtē tulit: q appellatur Drios: & hic primū euannit ut deus. Tūc quoq; Ariadne nō amplius uiſa ē. Cū thyaſo. Thyaſus bacchica ſaltatio dicitur. Satyrorum. ſatyri panes: ſilenus fauni Syluani dii Agreſtes. bacchi comites ſunt ultra theon meridionalē mōtē panas & ſatyros aialia incolere Mella nō fabuloſū eē ſcribit.

Sileneis. ſilenus nutritor ſiue pedagogus bacchi fuit: de quo Ora. An cuſtos famuluſq; dei ſilenus alūni: ide ſileneus a Cat. formatū nomē. Niſignenas autē appellauit Niſę urbis indicę baccho ſacratę icolas ſileneos qa bacchi et ſileni ſūt comites. Oe. Monoſyllabū ē. ſic apud Iuuenalē legēdū ē: Satur eſt quū dicit Ora. eu oe. iperitiores aūt legūt ohe biſſyllabū Interiecta aſpiratiōe. Sed Oratii uerba a Iuuēale repetita falſam eē lectionē demōſtrāt q ſunt hęc. Eu oe recēti mens trepidat metu plenoq; bacchi pectore turbidū Lętatur eu oe parce Liber parce graui metuende thyrſo. Eu oe. utraq; dictio gręca ē & aſpiratiōe caret ſcribitur. n. εὐ οἱ Tecta cuſ. thyr. tota Catul. lectio doctę Vetuſtatis plena ē: pēdet. n. ex hiſtoria quū tecta cuſpide dicat Nā ut ut docet Macro. Thyrſus ē haſta ſeu telū latēs: Cuius mucro ē hederis iuolutus: ac cōtectus: bacchus nāq; thyrſo & Ceruulorum pellibus iſtructus thyaſos exercet ut euripides his docet uerſibus. Διόνυσος θύρσοις καὶ νεϐρων δορᾶις κατάπτος ἐν πεύκαισι παρνᾶσον κατα πήδα χορεύων

Pars e diuulſo iactabāt mēbra iuuē. Nā bacchanalis cętus per montes ſaltuſq; diſcurrēs uitulos aut iuuēcos uel forte oblatos uel ſtudioſe compertos fruſtulatim diſcerpebat ac circunferens terribiliter oſtētabat: ſic perſius ex Neroniano carmie: de Męnadibus inquit Et Raptū uitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris. Orgia. bacchi ſacra ſunt apud latinos: quęq; apud grecos quęcūq; ſacra deorum τὰ ὄργια dicuntur ὀργιάζω ſacrifico & feſta duco ſigāt. Obſcura. nocturna. Cauis ciſtis. tympanorum deſcriptio: aut certe ciſtis. i. uānis: ſiue cribris myſticis: qbus antiqui utebātur: In myſticis bacchi piaculis: hāc Ciſtā myſticā iachi uānū dixit Virgilius in georgicis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Orgia quæ fruſtra cupiunt audire prophani
Plangebant alii proceris tympana palmis
Aut tereti tenuis tinnitus ære ciebant:
Multi raucisonos efflabant cornua bombos
Barbaraque horribili ſtridebat tibia cantu:
Talibus amplifice ueſtis decorata figuris
Puluinar complexa ſuo uelabat amictu:
Quæ poſtquam cupide ſpectãdo theſſala pubes
Expleta eſt: ſanctis cœpit decedere diuis.
Hic qualis flatu placidum mare matutino:
Horrificans zephyrus procliuas incitat undas
Aurora exoriente uagi ſub lumina ſolis
Quæ tarde primum clæmenti flamine pulſæ
Procedunt leuiterque ſonant plangore cachinni
Poſt uento creſcente magis increbreſcunt
Purpureaque procul nantes a luce refulgent:
Sic tum ueſtibuli linquentes regia tecta
Ad ſe quiſque uago paſſim pede diſcedebant.
Quorum poſt abitum princeps e uertice peli
Aduenit chiron portans ſiluestria dona:
Nã quodcũq; ferunt cãpi quos theſſala magnis
Mõtibus ora creat: quos propter fluminis undas
Aura parit flores tepidi fœconda fauoni:
Hos in diſtinctis plexos tulit ipſe cotollis
Quis permulſa domus incundo riſit odore

Orgia quę fruſtra cupiũt audire profani. Nã his ſacris nulli niſi hiſdẽ iniciato intereſſe licebat: profanos aũt his orgiis ſe imiſcẽtes aut fugabãt aut diſcerpebãt: hęc nefandiſſima bacchanalia ſacra nocturna primũ romę cognita ſuppliciiſq; coercita atq; a Valerio Flacco & portio catone cenſoribus prohibita ac tãdẽ ſublata ſũt: ut pleniſſime ſcribit Liuius. lib. ix. quartę decadis. Plãgebãt. pcutiebãt.
Cornua. quoq; cãtu bacchanalia celebrant: unde pſius ex Neronis uerſibus recitat: Torua Mamiloneis iplerũt cornua bombis: q̃q̃ hic apud perſium uerſus aliter a porphyriõe legit bombos pro ſonitu ſtrepẽti poſuit: ut & apud pſiũ: ſed proprie bõbus a gręcis dicitur culicis & apis ſonitus. Tibia barba. aut ad ritus barbaricos facta aut certe a barbaris iuẽta: Nã ut docet plinius obliquã tibiã iuenit Midas i phrygia: geminas tibias Marſia: i eadẽ gente lydios modulos Amphion. Talibus ampli. ue. deco. fi. perita digreſſionis cõcluſio: quę ad eadẽ uerba a quibus incepit reuertit in fine et i pricipio huius fabuloſę digreſſiõis inqt hęc ueſtis priſcis hoĩum uariata figuris. Amplifice. magnifice: aduerbiũ ẽ: Puluinar. lectũ plũmeum ut ſupra puluinar uero diuę geniale locat. Decedere: pro cedere de abũdat. Sãctis diuis. aut peleo & thetidi aũt certe diis: qui ad nuptias celebrãdas ſe cõtulerãt ceſſerũt abierũtq; poſt oium apparatuũ cõtẽplationẽ. Quę. q̃s picturas ſpectãdo. Expleta. ſatiata eſt iuuẽtus theſſala. Diuis. q paulopoſt ueniẽtes recipiẽtur peneus: Doris prometheus: iuppiter: Iuno. Horrificãs. horridum faciẽs. Sub lumia. circa primũ ſolis ortũ. Vagi. nũq̃ eundẽ toto anno circulũ ſeruãtis: nã ſingulis diebus ſingulos gyros conficit: ſiue q̃d uериſimilius ẽ: ut Aſtrologi tradũt ſol a primo pũcto cãcri uſq; ad primũ capricorni pũctũ firmamẽti raptu centũ octoginta duos parallellos circulos deſignat: q nũerus duos dies ad ſingulũ parallellũ cõſumi demonſtrat: uagũ igit ſolẽ dixit per tot parallellos annuo Curſu tranſeũtẽ. Quę pulſę. undę. ſ. Cachini. pro marino murmure poſuit.
Purpurea. rubicunda luce aurorę. Nã & ab homero. ῥοδοδάκτυλος ἠὼς dicta eſt. Nantes. affluẽtes dilabantes. Veſtibuli tecta. ideſt ueſtibulum regiorum tectorũ ut ſit hypallage: eſt autẽ ueſtibulũ prima ianuę pars exterior Camerato fornice ianuam tegens a ueſta dea dictũ ut ſeruius: & Oui. ſcribũt: Macrobius aũt: & gellius alias afferunt huius uerbi deriuatiões. A ſe quiſq; uago paſſim pede diſcedebãt. ordo ẽ qſq; pede paſſim uago diſcedebãt a ſe. i. unus ab altero diſcedebat pedibus errãtibus: & paſſim uagãtibus. Abitũ. diſceſſum.
Pelii. pelion mons ẽ theſſalię in Cuius antris uerſatus ẽ chiron Centaurus achillis maternus auus & pceptor: Saturni: & philires filius. Fęcũda aura tepidi fauo. paucis uerbis fauonii deriuationẽ: & naturalẽ uim tetigit: nã fauonius q & Zephyrus dicitur tepidus ẽ: dictus a fouendo: qa fęcũdus eſt: & fouet Cuncta In terris naſcentia: unde Lucretius auram genitabilem appellauit Scribens: Et reſerata uiget genitabilis aura fauonii. Plexos. Complicatos. Quis. pro quibus. Permulſa. delinita mollefacta ſuauitatibus. Riſit. reſplenduit: Complacuit tranſlatio ab hoie ad locũ: Nam Qui ridet facie reſplẽdet: et conſequẽter placet: cõtra triſtis facies nubila & tenebroſa ẽ: iõ diſplicet aſpiciẽtibus.

Confeſtim peneos adeſt uiridantia tempe:
Tempe quæ ſyluæ cingunt ſuper impedientes:
Mnioſion linquens chloris celebranda choreis
Nonacriis: nanque ille tulit radicitus altas
Fagos: ac recto proceras ſtipite laurus
Non ſine nutanti platano: lentaque ſorore
Flãmati phaethontis & aerea cupreſſu:
Hæc circum ſedes late contexa locauit:
Veſtibulum ut molli uelatum fronde uireret:
Poſt hunc conſequitur ſollerti corde prometheus
Extenuata gerens ueteris ueſtigia pœnæ
Quam quondã ſilici reſtrictus membra catena
Perſoluit pendẽs e uerticibus præruptis:

Peneos. fluuius theſſalię añ cũctos claritate ortus ex pindo mõte iuxta gõphos iterq; oſſam & olympum memoroſa cõualle deſluẽs qngẽtis ſtadiis dimidio eius ſpacio nauigabilis acceptiſq; theſalię amnibus p tẽpe ad erũpendũ progredit: hęc ex plinio atq; ſtrabone. Peneos. nominatiuus gręcus & eſt zeugma: nam ab inferiori ſubaudit linquẽs ut ſit ordo peneos linquẽs uiridãtia tẽpe adeſt: peneũ aũt fluuiũ a peneo oceani & tethyos denominatũ fuiſſe ſcribit Diodorus ſiculus. Linquẽs tẽpe. Nam ut ſcribit Plinius in penei fluminis curſu tẽpe uocant qnq; miliũ paſſuum longitudie & ferme ſex latitudine ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextra leuaq; leniter cõuexis iugis intus ſua luce uiridãte allabitur peneus uiridis calculo: amęnus circa ripas gramine: canorus auiũ concẽtu. Doris. ſubaudit adeſt a ſupiore: doris ãt maris dea oceani ſenis & tethyos filia Nereiq; uxor fuit: ut canit heſiodus legitur & chloris dea florũ quę lectio ſi probetur Mnioſiũ nõ habebit expoſitionẽ: itaq; arbitror has duas dictiones corruptas ac de iis ualde quęrẽdũ
Mnioſion. Nereũ. i. mare Mnioſius aũt dicit quaſi algę deus Nã ὁ μνιὸς alga & σῖος deus dicit ligua dorica: Sunt q legant minoſiũ. i. mare cretenſe a minoe rege: ſed lectio talis & expoſitio pquam ridicula eſt: nec uero ſecunda ſyllaba quę in Minoe longa eſt talẽ interpretationẽ probat. Nonacriis. arcadicis a nonacri arcadico mõte: a quo arcadię pars nonacria dicta eſt: ſunt qui nonacriam totam arcadiam dici putent montis nonacrios meminit plinius. Celebrando choreis nonacriis. cur dorida choreis nonacriis celebrãdã dixerit Cat. alii uiderit. Ille. peneus. Platano. platanus arbor trãſmarina umbrarũ deliciis atq; cõuiuiis ęſtiuis familiariſſima: & umbrę gratia tãtũ ex alieno petita orbe de qua plura legito: ſi lubet apd pli. li. xii. Lẽta ſorore phaethõ. ſol ex rhode aſopi filia: ut pherecides & euſtachius ſenſerũt: aut ut ouidius & alii noſtri ſcribũt ex climene genuit phaetõtẽ Aeglen lãpeciam & phetuſam: phaethonte aũt in eridanũ lapſo atq; extincto ſorores eius prędictę fratris fatũ in padi ripis lugentes in arbores populos cõuerſę ſunt. ut Ouidius in metamorphoſi eleganter explicuit: Virgilius in decimo tetigit: Nãq; ferũt luctu cygnũ phaetontis amati populeas inter frondes umbramq; ſororũ dum canit: ſilenus tñ apud Virgilium in bucolicis canit Tum phaetontiades muſco circũdat amarę corticis atq; alte proceras erigit alnos: & notandũ q phaeton trium ſyllabarũ eſt nec ullã habet diphthongũ Quum apud grecos ſcribat φαέθων ut homerus ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν Varro tamen teſte fabio p ſynereſin protulit inuſitaſſimã in talibus litteris. Flãmati: participiũ ſine uerbi ſubſtantia: ut Virgilius talia flãmato ſecũ dea corde uolutans. Aeria. alta
Cupreſſu. Ouidius ſcribit cypariſſon puerũ ab apolline amatum: & in arborẽ ſui nominis mutatũ: Seruius. aũt i georgicorũ primo ex uirgilii uerbis cõiecturã fortaſſe ducẽs cypariſſo a ſyluão adamatũ & in arborem mutatũ fuiſſe tradit. Hęc. has arbores. Veſtibulũ ianuę regię pelei. Prometheus. prometheus climenes & iapeti filius atlãtis menoetii epimetheiq; frater quum iouem ſacrificiorum oſſeorum fraudibus decepiſſet ignemq; ab ętherea ſede furto ſubductum mortalibus reddidiſſet iouis imperio ferrea catena in caucaſo monte ſcythię inteſtina eius aquila aſſidue corrodente alligatus ad trigeſimum annum fuit ut Aechylus ſenſit Quũ aũt iuppiter ut ſupius dictũ eſt thetidis cõnubiũ pulchritudine ductus peteret: illo tempore parcę cecinerunt fataq; pfici natura rerum uoluit: quicũq; thetidis eſſet maritus eius filiũ paterna uirtute fore clariorẽ: q̃d ſollerti prudẽtia intelligens prometheus non uolũtate: ſed neceſſitate uigilãs auditũ ioui nũciauit: iuppiter aũt huiuſmodi fatũ ueritus thetidiſq; cõnubiũ deuitans prometheo merita pro beneficio rettulit gratiã: eumq; uinculis liberauit: ac thetidis & pelei nuptiis intereſſe iuſſit: ſed nõ remiſit ſuppliciũ q̃d illi iurauerat Nam memorię ſempiternę gratia ex utraq; re ideſt ex lapide & ferro promethea ſibi digitũ uincere iuſſit qua poſtmodũ cõſuetudine homines uſi quo ſatiſfacere prometheo uiderẽtur ãnulos lapide ferroq; cõtuſos habere cęperunt. Veſtigia. ſigna. Extenuata. Pene deleta & euaneſcentia Sanatione poſt aliquot ſolutionis annos: aut ueſtigia extenuata ideſt pedes attenuatos Compedum corroſione. Veteris poenę. Veteris ſupplicii: ad quod iouis ad ęternum fore iurantis iuſſu fuerat alligatus.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pater diuū.iuppiter. Cōiuge.iunone. Natis.filiabus:quod tamen non placet nā potius dixiſſet
natabus ſed cum natis.i.filiis uulcano & mercurio:cū quibus & uenus intelligit' apolline atq; pallade
relictis. Vnigenā.mineruam ex iouis cerebro unigenitā:ſola eni ex iouis cerebro nata dicitur. Pal/
lada cultricem ithyni.nam ut ſupra dictum fuit pallas eſt incola ſancti ithyni qđ mineruę uirginibus
domiciliū eſt in arce athenienſi periclis opa pfectū. Nam tecū pariter ſoror aſpnata eſt.Apollo eni
& pallas aſpnati ſunt his nuptiis intereſſe: ęſchylus aūt contraria ſenſit ſcribens apollinē thetidis &
pelei nuptiis epithalamiō ceciniſſe:ac
naticinatū futurā foelicitatem qđ the
tis apud ęſchylū multis uerbis cōque
rit'. Qui.dii ſupius noiati: Infirmo
inſtabili nutāti ad fatoꝝ confirmatio
nē aut geſtus cātātiū expreſſit. Ve/
ridicos cāt.uera & fixa fata:cātus aūt
naticinia a cano qđ interdū eſt diuino
ut ipa canas oro et capiti cane talia de
mens dardanio. Veſtis candida. hic
eſt habitus parcaꝝ fęlicia ſtatuētiū fa
ta:alii legūt queſtus:ego uero ſentio
legendum eſſe ueſtis candida. Ora.
limbo ueſtis extremitate:Quę inſtita
ēt dicit'. Reſidebant.repoſitę erant
alias reſidere ē ceſſare & otioſum eſſe
unde reſides dicunt': iterdum uero ſi
gnificat qeſcere hor.iiii.odaꝝ bellū
reſedit protinus. Rite.de conſuetu/
dine ſua. Eternū laborē.fatū ęternū
& immutabile. Colum.antiq teſte
priſciano indifferēter protulerūt hic
& hęc colus unde catullus amictū par
ticipium maſculino genere appoſuit.

Deducens.deducere propriū eſt mu
lieris filum agētis ut ſenſit ſeruius ex/
ponens illud uirgilianū deductū dice/
re carmen. Libratū.ſuſpenſum aut
immiſſum martialis q; certa fuit libra
to dextera tęlo. Turbine.impetu
aut uolutiōe. Atq; ita decerpēs ęqua
bat ſemp opus dens. Nentiū mulierū
morē eleganter exp̄ſſit. Morſa.hoc
morſum declinauit. Lanę canden/
tis.cādidę pro fęlicibus fatis deducē/
dis. Calathiſci.hic calathus eius di/
minutiuū calathiſcus forma gręca:
ut ſyrus ſyriſcus. Virgati.uirgis cō
texti. Diuino.uaticinante diuināte:
ut oratius diuina mota anus urna.

Perſidię.falſitatis mendacii. O de
cus eximium.Hoc eſt parcarum epithalamion canentium uaticinium ſuper thetidis & pelei nuptiis fa
ctum:quo achillem fortiſſimum ex illis oriturum ac plurimas de troianis ſtrages daturum eſſe canūt
thetidis autem & peleos epithalamion cecinit apollo & pene omnia quę hic a parcis dicuntur prędi/
xit:ut ſcribit Claudianus. Nato.propter filium achillem claros honores ademptur ę. Columen.
pręſidium: aut tutelam & eſt ordo o peleu clariſſime nato decus eximium augens ęmathię columen
accipe ideſt intellige. Aemathię.Macedonia ut iuſtinus ſcribit ante a nomine ęmathionis re/
gis cuius prima uirtutis experimenta in illis locis extant ęmathia Cognominata eſt prius ęmathi/
am fuiſſe dictam teſtatur Plinius:Lucanus autem ęmathiā macedoniā theſſaliam & pharſaliam pro
eadem prouintia indiſtincte poſuit: Quum apud Plinium: ſtrabonem atq; alios multos geogra/
phos theſſalia ſit ab ęmathia diuerſa: Catullus item ęmathia pro theſſalia Dixit.

Inde pater diuum ſancta cū coniuge natiſq;
Aduenit cælo te ſolum phœbe relinquens:
Vnigēamq; ſimul cultricem montis ithyni
Pallada:nam tecum pariter ſoror aſpernata eſt:
Nec thetidis tædas uoluit celebrare iugalis:
Qui poſtq̄ niueis flexerunt ſedibus artus:
Largæ multiplici conſtructæ ſunt dape menſæ:
Quum interea infirmo quatientes corpora motu
Veridicos parcæ cœperunt edere cantus:
Iis corpus tremulum cōplectens undiq; ueſtis
Candida purpureis ramis intinxerat ora.
At roſeo niueæ reſidebant uertice uitæ:
Aeternūq; manus carpebant rite laborem:
Leua colum molli lana retinebat amictum:
Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis
Formabat digytis tum prono in pollice torquens
Libratum tereti uerſabat turbine fuſum:
Atq; ita decerpens æquabat ſemper opus dens:
Laneaq; aridulis hærebant morſa labellis:
Quæ prius in leni fuerant extantia filo:
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera uirgati cuſtodibant calathiſci:
Hæc cum clariſona pellentes uellera uoce
Talia diuino fuderunt carmine fata:
Crimine perfidiæ quod poſt nulla arguet ætas.
O decus eximium magnis uirtutibus augens
Emathiæ columen peleu clariſſime nato:

Lęta luce.foelici die nuptiali. Sorores.parcę. Sed uos.apoſtrophe ad fuſos fata nentes. Cur/
rite.propere uoluite:eſt aūt uerſus intecalaris ſępiſſime repetitus. Subtegmina.ſtaminā uel pēſa. He/
ſperus.Nā ut ſupius ēt alio epithalamio dixit poeta ueſptina hora noua nupta ad uirū ducebat'. Por
tans.afferens. Optata maritis.Deſideria uobis nouis cōiugibus. Fauſto.foelici. Sidere.Diſtat eni
Quę ſidera te excipiant. Animo flexo.in tua uota inclinato & iam placato: Quū ante abhorreret
a coniugio. Paret.apparet & inſtituat. Languidulos.ab effectu:qa faciunt homines languidos.

Leuia.nitida mollia. Subſternens
ſupponēs ut tibullus.huic tu candētes
humero ſuppōe lacertos:& magnę re
gum deſpiciantur opes. Tales.tam
pares:tāq; foelices. Tali foedere.tā
fida coniunctione. Expers terroris.
impauidus:magnanimus:ut magnani
mum ęacidē formidāq; tonāti proge
niē canit papinius. Notus.noſcendus
ſed notus dixit poeta ex perſona ſua.

Pręuertet celeris ueſtigia ceruę. hoc
i homero legit. πόδας ὠκὺς
ἀχιλλεύς. flāmea ueloci a nihil enim
uelocius igne. Veſtigia.pedes Phry
gii ri.xanthus & ſimois:hoc itē ex ho/
mero ſumpſit. Obſidēs.media ſylla
laba producta ex ob & ſido. Lōgin
quo.pro lōgo & fere decēnali:lōgin/
quū aūt magis de locoꝝ diſtātia dicit'
q; de tēpore: ut longinqua prouincia
india ſcythyaq; dicit'. Tertius hęres
pelopis.agamēnō a pelope tertius:nā
pelops tantali filius thyeſten & Atreū
genuit genuit:ex atreo nati ſunt Aga/
mēnon & menelaus. Periuri.qa per/
iurio decepit myrthillum i hippoda/
mię certamine:ut fabulę tradunt:hi/
ſtorię autem ueritatem legito apud
diodorum ſiculum circa quinti libri
finem. Matres.troianę mulieres.

Putrida.anilia. Variabunt.liuo/
re percuſſionibusq; maculabunt:Sca/
mander troię regionis eſt fluuius:tres
enim fluuii ex quodā idę colle oriun/
tur:Scamander:granicus: & eſapus:
Sed duo poſteriores in ſeptentrio/
nem & propontidem tendunt:Sca/
mander uero ad occaſum diſcurrit:
diſtatq; ab illo uiginti ſtadiis.ſcaman
drius item prius appellabatur hecto/
ris filius: qui poſtea aſtyanax dictus
fuit.ut ſcribit homerus. Quę paſ/
ſim rapido diffunditur helleſponto.
Nam ut ſtrabo deſcribit ſcamandri
oſtium in helleſpontū prorumpit.

Accipe quod læta tibi pandunt luce ſorores
Veridicū oraclū:ſed uos quæ fata ſequuntur:
Currite ducentes ſubtegmina currite fuſi:
Adueniet tibi iam portans optata maritis
Heſperus:adueniet fauſto cum ſydere cōiunx
Quæ tibi flexo animo mentis p̄fundat amorem
Languidulosq; paret tecum coniungere ſomnos
Læuia ſubſternes robuſto brachia collo:
Currite ducentes ſubtegmina currite fuſi:
Nulla domus unquam tales contexit amores
Nullus amor tali coniunxit fœdere amantes
Qualis adeſt thetidi qualis concordia peleo.
Curſite ducentes ſubtegmina currite fuſi:
Naſcetur uobis expers terroris achilles:
Hoſtibus haud tergo:ſed forti pectore notus.
Qui perſæpe uago uictor certamine curſus
Flāmea præuertet celeris ueſtigia ceruæ.
Currite ducentes ſubtegmina currite fuſi:
Non illi quiſquam bello ſe conferet heros
Cum phrygii teucro manabunt ſanguine riui
Troicaque obſidens longinquo mœnia bello
Periuri pelopis uaſtabit tertius hæres.
Currite ducentes ſubtegmina currite fuſi:
Illius egregias uirtutes:claraque facta:
Sæpe fatebuntur gnatorum in funere matres:
Cum in cinerem canos ſoluent a uertice crines:
Putridaque infirmis uariabunt pectora palmis
Currite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
Nanque uelut denſas proſternens meſſor ariſtas
Sole ſub ardenti flauentia demetit arua
Troiugenum infeſto proſternet corpora ferro
Currite ducentes ſubtegmina currite fuſi:
Teſtis erit magnis uirtutibus unda ſcamandri:
Quæ paſſim rapido diffunditur helleſponto:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tepeſaciet. ſecundam ſyllabam produxit licenter. Quum ubiq; apud alios auctores naturaliter Corripiatur: Buſtum. achillis ſepulchrum: apud ſigęum troię oppidum extructũ: fuit item ibi achilleon oppidum iuxta tumulum achillis a mytilenęis cõditũ ut teſtatur Plinius. Terrę excelſo aggere. alii legunt teres buſtum excelſo aggere. Virginis. polyxenę: achillis enim polyxenę amore capti ac paridis dolo perempti umbra ſępe gręcis ad troiam adhuc bellantibus apparuiſſe fertur ac petiiſſe polyxenę morte ſuis umbris & manibus parentari debere: quod capta troia pyrrhus pius filius polyxena ad patris tumulũ ducta executus eſt.

Feſſis. Longo bello fatigatis: hinc Oratius: Et ademptus hector tradit feſſis leuiora tolli pgama graiis.

Vincla. coagmentiones iuncturas & lapidum cõpages. Neptunia. neptuni manibus facta. Truncum. trũcatũ. Quare. cõcluſio. Coiũx. maritus peleus. Nõ il. nu. ſenſus ẽ: nutrix thetidis mane nõ amplius ad thetidem afferet ſtamina nenda: neq; illam circũdabit penſis glomerandis: quia non amplius Sit puella ſed iam facta ſit maxima matrona. Orienti luce. primo mane. Circundare. circum ſepire: nam ita ſolent plerumque nutrices ſuas alumnas multis fuſis deglomerãdis circundare. Heſterno filo. heſterna die facto. Coluum. genitiuus pluralis eſt triſyllabus a quarta declinatione: aliter nõ ſtat uerſus.

Męſta diſcubitu puellę diſcordis. Senſus eſt nec mater thetidis moerebit unquã propter ullam filię ſuę cũ uiro diſcordiam: aut propter ſeparatam a uiro noctem: non enim unq̃ a uiro diſcordabit aut ab eius nocturno amplexu ſecedet thetis. Secubitu. ſeparato procul a uiro cubitu Secubare eſt ſcorſum & procul cubare. Mittet. pro dimittet: non enim deſperabit de nepotum generatione ob aliquem filię a uiro ſecubitum.

Parcę. a partu dictę. Pręſentes nanq; ante domos. moralis totius carminis concluſio: moraliſq; ratio: cur ſit credendum humanis coetibus deos olim interfuiſſe: ac tãdem mortales ſceleribus contaminatos deſeruiſſe. Pietate. Iuſtitia: cuius has facit partes plotinus innocentiam cõcordiam: amiciciam: pietatem: religionem: affectum: humanitatem: cicero addit fidem & ueritatem. Spreta. ab hominibus contẽpta: Sic Ouidius Nondum iuſticiam facinus mortale fugarat. cẽtũ curus. certamina olympica Dicit. Terra. per terrã.
Tẽplo ful. tẽplũ olympiũ itelligit.

Cuius iter cæſis anguſtans corporum aceruis
Alta tepefaciet permiſta flumina cæde:
Currite ducẽtes ſubtegmina: currite fuſi:
Deniq; teſtis erit morti quoq; reddita præda:
Quum terræ excelſo coaceruatum aggere buſtũ
Excipiet niueos percuſſæ uirginis artus.
Currite ducẽtes ſubtegmina: currite fuſi:
Nam ſimulac feſſis dederit fors copiam achiuis
Vrbis dardaniæ neptunia ſoluere uincla
Alta polyxenia madefient cæde ſepulchra:
Quæ uelut ancipiti ſuccumbẽs uictima ferro
Proiiciet truncum ſubmiſſo poplite corpus:
Currite ducentes ſubtegmina: currite fuſi:
Quare agite optatos animis coniungite amores:
Accipiat coniunx felici fœdere diuuam.
Dedatur cupido iamdudum nupta marito.
Currite ducentes ſubtegmina: currite fuſi.
Non illam nutrix orienti luce reuiſens
Heſterno coluum poterit circundare filo.
Currite ducentes ſubtegmina: currite fuſi.
Anxia nec mater diſcordis mœſta puellæ
Secubitu charos mittet ſperare nepotes.
Currite ducentes ſubtegmina: currite fuſi.
Talia præfantes quondam felicia pelei
Carmina diuino cecinerunt pectore parcæ:
Præſentes nanq; ante domos inuiſere caſtas
Sæpius: & ſeſe mortali oſtendere cœtu
Cælicolæ nondum ſpreta pietate ſolebant.
Sæpe pater diuum templo infulgente reuiſens
Annua dum feſtis ueniſſent ſacra diebus
Conſpexit terra centum procurrere currus.

Liber uagus. aut quia ſemper cum ſua turba uagatur aut quia uagans totam aſiam & pręſertim indiam percurriſſe fertur. Euãtes. bacchantes. Vertice ſummo parnaſi. nam ut ſcribit Lucanus: & quantum occiduo tantum ſummotus eoo cardine parnaſus gemino petit ęthera tolle: Mons phoebo bromioq; ſacer cui numine miſto delphicca thebanę referũt trieterica bacchę: in phocide regiõe boetię adiuncta parnaſus poetarum carminibus celeberrimus ad occiduos phocidis mõtes locatus eſt: eius latus in occaſum proſpectans locri & ozolę poſſident: auſtrale uero delphi locus ſane petroſus & theatri formã hñs: i eius cacũine tẽplũ ſurgit & oppidum. Pli. aũt ſcribit introrſus liberum oppidum delphi ſub mõte parnaſo clariſſimi in terris oraculi apollinis: plura ſtrabo addit: Tortelii deliramẽta pene anilia de parnaſo eiuſq; iugis meminiſſe piget: Tantum hoc addidiſſe mihi ſit ſatis heliconem mõtem a parnaſo ſeparatum eſſe in boetia: citheronem uero in eadem boetia ſaltum fabulis carminibuſq; celebratum ac prope thebas finiri. ut ex ſtrabone: Mella: plinioq; legitur. In letifero certamine. ut ſępiſſime fecit in bello troiano teſte homero. Hera tritonis rapidi. pallas tritonis appellata eſt ut ſcribunt Mella: & Lucanus a tritone fluuio aphricę diodorus autem ſiculus etiam hoc teſtatur: Sed alio in loco ait tradunt palladem i creta ex ioue apud fontes tritonis fluuii ortã: ex quo tritonia dicta.

Rhamnuſia. Nemeſis dea fuit apud antiquos contra ſuperbiam et odium culta dicta rhamnuſia a rhamnunte uico attico. ubi eius ſtatua agoracriti parii & phidię diſcipuli opus: ut teſtis eſt plinius & ſtrabo: qui addit pleroſq; ſenſiſſe id opus fuiſſe diopiti: legito plura apud plinium libro. xxxvi. cap. v. Hęc nemeſis in agro ciziceno culta pręſtanti templo: quod adraſtus condidit inde & ibi adraſtia regio & adraſtia dea dicta eſt: legito ſtrabonem in. xiii. Nemeſis aũt latino nomine caret: q̃: q̃: quidam fortunam eſſe autumãt: Nam & fortunę & nemeſeos eadem poteſtas idemq; numẽ uidet: ut hic apud Catullũ ſuſpicari licet: Nemeſin aũt pro iuſtitia hic accipe poſſumus: ut apud heſiodum inuenimus ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτην προλιπόντ' ἀνθρώπους αἰδὼς καὶ νέμεσις Alii tamen hoc in heſiodi uerſu aliter interpretantur nemeſin: Sed Catulli carmina ſequentia indicãt quo de numine intellexiſſe heſiodum arbitrari debemus cum dicat pudor & nemeſis iuerunt ad immortalium cętum relinquentes homines: & catullus ſed poſtq̃ tellus ſcelere eſt imbuta nefando iuſticiamq; omnes cupida de mente fugarunt: Sic & ouidius nondũ iuſticiam facinus mortale fugarat: ultima de ſuperis illa reliquit humum: & Iuuenalis de iuſticia: de pudore: ſeu pudicia & iuſticicia iquit Paulatim deinde ad ſuperos aſtręa receſſit: Hac comite atq; duę pariter fugere ſorores. Perfudere manus. Sic & Ouid. uiuitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus: Nõ ſocer a genero fratrũ quoq; gratia rara eſt: imminet exitio uir cõiugis illa mariti: filius ante diem patrios inquirit in annos: uicta iacet pietas & uirgo cęde madentes ultima cęleſtum terras aſtręa reliquit. Optauit genitor. ut de catilina refert ſaluſtius. Ignaro mater. ut iocaſta oedipodę filio. Scelerare. ſcelere cõtaminare: ut parce pias ſcelerare manus: in tertio uirgilius. Penates diuos. Qui ſint dii penates Macrobius libro tertio capitulo quinto accurate docet. Auertere. remouerunt: fugaueruntq;. Iuſtificam. beneficã: nã bonitas & benignitas: ſeu liberalitas dicitur quę ſunt inter iuſticię partes. Mentem. uoluntatem.

Tales. tam ſceleratos. Contingi. uideri: nam tangere tam ad oculos & animam q̃ ad manus relatum inuenitur: ad animum ut papinius in achilleide. Nec ſolos tangit atridas iſte dolor: Ad oculos ut hic Catullus ad manus latiſſime patet. Lumine. aut Viſu: oculo: aut certe Luce clara: nam nymbo aut nube ſepti ſe adeſſe ſignificant.

Sæpe uagus liber parnaſi uertice ſummo
Thyadas effuſis euantes crinibus ægit:
Quum delphi tota certatim ex urbe ruentes
Acciperent læti diuum fumantibus aris.
Sæpe in lætifero belli certamine mauors
Aut rapidi tritonis hera: aut rhamnuſia uirgo
Armatas hominum eſt præſens hortata cateruas:
Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando
Iuſticiamq; omnes cupida de mente fugarunt:
Perfudere manus fraterno ſanguine fratres:
Deſtitit extinctos natus lugere parentes.
Optauit genitor primæui funera nati.
Liber ut innuptæ potiretur flore nouercæ:
Ignaro mater ſuſternens ſe impia nato:
Impia non uerita eſt diuos ſcelerare penates:
Omnia fanda: nefanda malo permixta furore
Iuſtificam nobis mentem auertere deorum.
Quare nec tales dignantur uiſere cœtus
Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et ſi me aſſiduo confectum cura dolore. hęc tertia totius operis pars elegos tantūmodo cōtinet: nā ſuperius dictum eſt: Hoc opuſculum tris in partes a poeta diſtinctū uidetur. in lyrica carmina: i hexametra: ſiue heroica: & in elegos. ſcribit aūt hanc primam elegiā ad ortalum familiarē ſuū excuſans ſe multis curis ex fratris morte ſuſceptis implicitū muſis & carminibus opam dare nō poſſe: ac obtēperaturū tamen eius petitioni quoad poſſit fatetur: petierat enī ortalus a poeta: ut callimachi elegiam berenicęę comę fabulas cōtinentē latinis uerſibus interpretaretur: qđ ſe factuꝝ poeta: & ſi curis affectum promittit: ne ortalus aut cā ſua laborē ſuſcipe noluiſſe aut petita negligentem amici oblitū fuiſſe ſuſpicaretꝰ. Cura. męror ex fraterna morte ſuſceptus.

Doctis uirginibus. a muſis ois ſciētię pſidibus. Seuocat. remouet ſeparat.

Muſarū dulces foetus. quaſi eſt uerſuū: ſeu carminum diffinitio: carmina enim ſunt muſaꝝ foetus. Fluctuat. ęſtuat: concutitꝰ: uexatur. Hominū mens. non ſolū mea mens: ſed cuiuſcūq; hominis tantis malis quanta ſunt mea cōmouetur atq; pturbatꝰ animus

Tantis. quantis mea turbatꝰ. Nāq; nuper lethęo i gurgite fratris. ordo ē nanq; manans unda pallidulū pedē mei fratris alluit nuper in lethęo gurgite: per qđ ſignificat fratrem ſuum apud troiam extinctū iam ad inferos deſcēdiſſe: catullus enī ex bithynia in italiam reuertens fratrem in phrygia relictū paucis diebus poſt immatura morte raptū amiſit: cuius nunc interitum męrore teſtatur. Lethęo gurgite. nam q ad inferos deſcēdebant ſecuros latices & lōga obliuia potāt: a ueteribus putabantur: aut lethęum gurgitem pro ſtygia palude ultra quam aię portātur charōtis cymba poſuit: lethen fluuiū ēt ſcribit lucanus & ſtrabo & plinius in cyrenaica regione aphricę: ſylius aūt italicus in primo lethen ſcribit in hiſpania: legito ſupraſcriptos auctores de lethe i hiſpania ſcribētes: ſilius i prio quiq; ſuper granios lucētes uoluit harenas infernę referens populis obliuia lethes. Troia. triſyllabū adiectiuū eſt: ut uirgilius & troia gaza p undas. Littore rhęteo. rhęteum troię oppidum eſt in colle ſitū unde rhęteia littora dicta ſunt aiacis ſepulchro maxime illuſtria: hęc ex plinio ſtrabone: mella: dicūtꝰ: Lucanus & graio nobile buſtū rhęteum. Audiero nunq̄; tua uerba loquentē: Nunq̄; ego te uita frater amabilior. ordo eſt o frater amabilior uita: nūq̄; audiero tua uerba: nunq̄; te loquētē poſthac aſpiciā. Carmina. meos uerſus: q deberent alioqn cātari. Moeſta. moerētia pp mortē tuam. Qualia ſub denſis. Artificioſa ſimilitudo pathos mouendi cauſa: hinc tractū illud uirgilianū de orpheo: qualis populea męrēs philomela ſub umbra Amiſſos foetus queritꝰ. Daulias. progne pādionis filia: uxorq; terei thracię regis in auem luſciniā conuerſa: notiſſima eſt apud Ouidiū fabula: cuius hiſtoricā ueritatē thucidides in ſecundo hiſtoriarum libro demonſtrat: Nam tereus nō in thracia ut noſtri ſcribunt: ſed daulię rex fuit: auli demq; in phocide ſitam tenuit: eſt autem daulia ſiue daulis in finibus boetię ad parnaſum montē paulīſper ad orientem ſecundum delphos oppidum: ubi tireum thracem regnum tenuiſſe aiunt: eſt igitur auis quędam: que a gręcis δαυλία Dicitur: & quia progne ab athenis daulian tranſiens ibi cum uiro tereo habitauit: ideo ſimile & oppidi & auis nomen locum fabulę dedit: Daulis prius appellatum eſt id oppidum ut eſt apud homerum a poſterioribus daulia dictum: ſane non ignorandum quoſdam ſenſiſſe terei ſcelera: mutationeſq; illorum omnium in aues factas eſſe Daulię: ſed plinius & ſolinus ſcribunt q bizia eſt arx regū thracię a terei nefaſto crimine inuiſa hirūdinibus. Itylei. itys & ityleus dictus ē prognes & terei filius Ἰτυλεύς. Propertius. in. iii. increpet abſūptū nec ſua mater itym. Fata. dilacerationē. Aſſumpti: Cōſumpti: extincti. Expreſſa. ad uerbū fere cōuerſa & interptata.

## AD ORTALVM.

e Tſi me aſſiduo confectum cura dolore  
Seuocat a doctis ortale uirginibus:  
Nec potis eſt dulces muſarū expromere fœtus:  
Mens hominum tantis fluctuat ipſa malis:  
Nanque mei nuper lethæo in gurgite fratris  
Pallidulum manās alluit unda pedem:  
Troia rhœteo quem ſupter littore tellus  
Ereptum noſtris obterit ex oculis:  
Alloquar: audiero nunquā tua uerba loquentem  
Nunquam ego te uita frater amabilior:  
Aſpiciam poſtahc: at certe ſemper amabo  
Semper mœſta tua carmina morte legam:  
Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris:  
Daulias aſſumpti fata gemens itylei:  
Sed tamen in tantis mœroribus ortale mitto  
Hæc expreſſa tibi carmina battiadæ:  
Ne tua dicta uagis nequicquam credita uentis  
Effluxiſſe męo forte putes animo:  
Vt miſſum ſponſi furtiuo munere malum  
Procurrit caſto uirginis e gremio:  
Quod miſeræ oblitæ molli ſub ueſte locatum  
Dum aduentu matris proſilit excutitur:  
Atque illud prono præceps agitur de curſu  
Huic manat triſti conſcius ore rubor:  
Omnia qui magni diſpexit lumina mundi:  
Qui ſtellarum ortus comperit atq; obitus:

Battiadę. callimachus a batto cyrenarum rege: ac conditore fuit: ut ipſe de ſe ſcripſit originē conſecutus: Ariſteus enim cognomine battus cyrni filius cōdidit cyrenē in aphricę auſtrali littore: uocauitq; cyrenen a cyrene puella ab apolline ex theſſalię monte pelio rapta: & in illam regiōem deportata: Inde regio cyrenaica uocata eadem pentapolitana dicta illuſtratꝰ ammonis oraculo: his plura legito apud iuſtinum: & de regiōis Situ apud Plinium: Strabo autem ſcribit Cyrenē condidere therei: qui ex laconica profecti theran inſulam coluerunt: Thera olim calliſto dicebatur: ut callimachus ait nomine calliſto primum: ſed poſtmodo Thera dicta fuit tellus urbis origo męę: illud quoq; animaduertēdum uidetur q quā inſulam theran Strabo & callimachus appellant: iuſtinus theramenen uocatam refert. Battiadę. callimachus a batto oriundus patria cyrenęus poeta ſimul: & grammatices ſtudioſus fuit: ut ſcribit Strabo: Quidā Strabonis uerba negligenter accipiētes dicūt duos fuiſſe callimachos unū poetam: alterum uero grammaticū: quum idem callimachus & grāmaticus: & poeta fuerit: Hic Callimachus poeta non diu poſt primi belli punici initium alexādrię apud ptolomęum regem celebratus fuiſſe dicitur ab. A. gellio libro. xix. Sponſi. amantis: q cupit illius puellę fieri ſponſus: ut maritus dicitur non tantum qui eſt: ſed etiam qui eſſe cupit: Virgilius Quos ego ſum totiens iam dedignata maritos. Virginis. amicę puellę: quā adamat adoleſcens: hęc ſimilitudo cauſa ornandi tendit ad obliuionis imprudentiam oſtendendam.

Huic. uirgini: cui pomum imprudenter excidit. Omnia qui magni diſpexit lumina mundi. Hęc ſunt carmina ex callimacho a poeta tranſlata: & ortalo petenti promiſſa tandemq; donata: in quibus a callimacho expreſſa fuerat crinium Berenices hiſtoria: ſiue fabula huiuſmodi: Quum ptolomęus berenicen ptolomęi: & Ariſtōis filiam ſororemq; ſuam duxiſſet uxorem: ac paucis poſt diebus Aſiam oppugnatum profectus eſſet: uouiſſe Berenice dicitur: Si uictor ptolomęus rediiſſet ſe detonſuram crinem ſuum quo uoto damnatos crines in ueneris Arſinoes conſecratos diſpoſuit templo: eos quoq; poſtero die nō comparuiſſe ferunt: quod Quum rex ęgre ferret Conon ſamius mathematicus cupiēs regis inire gratiam dixit crinem inter ſydera uideri collocatum: & quaſdam uacuas a figura Septem ſtellas oſtendi quas eſſe crinem fingeret. Hanc Berenicem nonnulli cum callimacho dixerūt equos alere: & ad olympia mittere ſolitam: Alii dicunt hoc amplius ptolomęum Berenices patrem multitudine hoſtium perterritum fuga ſalutem petiiſſe: filiam autem ſępiſſime conſuetam inſiluiſſe in equum & reliquam exercitus copiam conſtituiſſe: compluresq; hoſtium interfeciſſe: reliquos in fugam conieciſſe: Addit autem his callimachus berenicem magnanimam fuiſſe: Heratoſthenes uero his amplius Dicit eam uirginibus leſbiis dotem cuiq; relictam a parente: quā nemo ſoluerat iuſſiſſe reddi: Hi Crines igitur Berenices ſeptem ſtellis Configurati a Conone ad leonis caudam in triangulo ſunt collocati: Hęc omnia a callimacho in regis cui gratus erat gratiam & aſſentationem conſcripta Catullus non minus ingenioſe q̄; eleganter Interpretatꝰ: apud callimachum igitur Coma: uel crinis Berenices Sic loquitur Catullo interprete. Omnia qui magni diſpexit lumina mundi. ordo eſt ille Conon qui omnia lumina mūdi diſpexit: quiq; cōpit ortus: & obitus ſtellarū: ac ut ſolis nitor obſcuretꝰ: & ut ſydera certis tēporibus decedāt: atq; ut triuiā ſub latmia ſaxa relegās dulcis amor deuocet a gyro aerio: idē ēt me cęſariē uidit in cęleſti munere e Berenicęo uertice clare fulgētē. Diſpexit. diſqſiuit p ueritatē diſcreuit ac dignouit: Virgilius: nec auras diſpiciunt clauſi tenebris & Carcere cęco: Terentius in andria iam aliquid diſpiciam. Mundi. cęli: ut Plinius mundum & hoc quod nomine alio cęlum appellari libuit.

Rapidi. uelocis Virgilius geor. Si uero ſolem ad rapidum lunaſq; ſequentes ordine reſpicies.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Flāmeus ut rapidi ſolis nitor obſcuretur:
Vt cedant certis ſydera temporibus:
Vt triuiam furtim ſub latmia ſaxa relegans
Dulcis amor gyro deuocet aerio:
Idem me ille conon cœleſti munere uidit
E berenicæo uertice cæſariem:
Fulgentem clare quam multis illa dearum
Leuia protendens brachia pollicita eſt:
Qua rex tempeſtate nouo auctus hymenæo
Vaſtatum fines iuerat aſſyrios:
Dulcia nocturnæ portans ueſtigia rixæ:
Quam de uirgineis geſſerat exuuiis:
Eſtne nouis nuptis odio uenus? atq; parentum
Fruſtrantur falſis gaudia lachrymulis?
Vbertim thalami quas intra limina fundunt:
Non ita me diui: uera gemunt: iuerint.
Id mea me multis docuit regina querelis
Inuiſente nouo prælia torua uiro.
Et tu non orbum luſti deſerta cubile
Sed fratris cari flebile deſidium:
Quum penitus mœſtas exedit cura medullas
Vt tibi tunc toto pectore ſollicitæ

Obſcuret᷑.eclipſin patiat᷑.Rationem defectus utriuſq; ſolis.ſ.& lunę primus Romani generis in uulgus extulit ſulpitius gallus:qui Cōſul cū.M.Marcello fuit:Sed tunc tribunus militū ſolicitudine exercitu liberato pridie q̃; perſes rex ſuperatus a paulo eſt in concionem ab imperatore productus ad prçcinendam eclipſin mox ut compoſito uolumine: Apud grçcos autem inueſtigauit primus omnium thales mileſius olympiadis.xlviii.anno quarto prędicto ſolis defectu: Qui ſub halyatte rege ſactus eſt urbis conditę anno.clxx.plura legito apud plinium. Cedant.diſcedant ex aſpectu noſtro:neque amplius per certa tempora nobis appareant. Amor.Endymion lunę fuit amator:ut fabulę perſuaſerũt:& Cicero in prio thuſculārum ſcribit:latmos carię mons eſt:In quo Endymion lunaribus pnoſcēdis curſbus a luna ſopitus fuiſſe tradit᷑: Nā ut Pli.ſcribit luna mō humilis:mō excelſa ē:& ne id qdē uno mō ſed alias admota cęlo alias cōtigua montibus nunc in aquilonē elata nūc in auſtros deiecta:Quę ſingula in eā deprehendit primus hominū Endymion:& ob id amore eius fama traditus. Conō.duos conones memoratu dignos fuiſſe compio:Alteꝝ clarū athenienſium ducem a iuſtino:ęmylioq; probo egregie laudatū:Alterum illuſtrē aſtrologum natiōe Samiū: De quo hic Catullus agit & multa ſunt a me ſuperius cōmemorata. Berenicęo uertice.ex capite berenices reginę ϐεpενίκη grçce ſcribit᷑:unde apparet error illorū:qui aut Beronice p o In ſecunda ſyllaba ſcribunt: aut Bernicę triſyllabum legi debere ſentiunt: Illa.Berenice. Multis dearū.multis deabus grçca conſtructio per multas deas itelligere poſſumus uenerē amoris:& coniugii pręſidem:Iunonē nuptiarū & matrimonii curā habētem: ac palladem deam bellorum:quibus ptolomęus Berenices maritus detinebatur:gratias itē Quę amoris & Beniuolentię fautrices ſunt. Auctus.potentior:ac fęlicior factus. Qua rex tempeſtate.codices deprauati habent quare ex tempeſtate: Cum ſit legendum qua rex tempeſtate:& eſt ſenſus:& ordo Berenice pollicita eſt Cęſariem ſuam fulgentem ea tempeſtate:qua rex ptolomęus auctus nouo ſororis Berenices matrimonio iuerat uaſtatum aſſyrios ſecum afferens amoris Coniugalis ſigna. Protēdens.ad cęlum eleuans. Qua tempeſtate.Quo tempore. Veſtigia Signa intēperati amoris morſus unguiūq; uirgineorum ſigna Dicit & notas Quas puella marito primitias uiolenter auferenti infixerat pro pudicitia pugnans. Nocturnę rixę.coitus:ut Virgilius Bella nocturna dixit.At non in uenerem ſegnes nocturnaq; bella. Exuuiis uirgineis.pudicitię uirgineę expoliatione:& uictoria:qua potitur maritus primo Cū Sponſa Congreſſu. Eſt ne nouis nuptis odio uenus.tacita eſt quęſtio ad id quod dixit nocturnę rixę Spolia pugnāt ne:aut rixant᷑ nouę nuptę cum ſponſis ſuis propter uenerei coitus odiū habēt ne odio uenerem. Fruſtrantur.uana ne faciunt parentum gaudia nouę nuptę. Gaudia.nuptias:& Coniugia filiarum. Falſis.fictis ſimulatis. Vbertim.abundanter. Non.ſubaudias falſis lachrymis fruſtrantur parentum gaudia:Sed ueris lachrymis gemunt:& eſt reſpōſio facta obiectioni. Ita me dii iuerint.iuriſiurādi modus ē. Vera gemūt.ſ.nouę nuptę p parēthesim legant᷑ hęc duo uerba:Notanda ē prima ſyllaba:quā licenter corripuit in hoc uerbo iuerit:iuerit autē pro iuuerit per ſyncopen ut audierit pro audiuerint. Id.ſ.qđ uera gemūt. Nouo uiro.marito ptolomęo. Tu.o regia berenice. Luſti.pro luxiſti. Orbū.marito priuatū Cura.q̃; de uiro abſēte cōcepiſti:ut qn̄ poſtq̃.

Senſibus ereptis mens excidit: atque ego certe
Cognoram a parua uirgine magnanimam.
An ne bonū oblita es facinus: q̄ regiū adepta es
Coniugium: quod non fortior auxit auis?
Sed tum mœſta uirū mittēs quæ uerba locuta es
Iuppiter ut triſti lumina ſæpe madent.
Quis te mutauit tantus deus: an quod amantes
Non longe a charo corpore abeſſe uolunt:
Atque ibi pro cunctis: pro dulci coniuge diuis
Non ſine taurino ſanguine pollicita es:
Si reditum tetuliſſet is aut in tempore longo
Captam aſiam ægypti finibus addiderit:
Quis ego pro factis cæleſti reddita cœtu
Priſtina uota nouo munere diſſoluo.
Inuita o regina tuo de uertice ceſſi
Inuita: adiuro teque tuumque caput:
Digna ferat quod ſi quis inaniter adiuraret:
Sed qui ſe ferro poſtulet eſſe parem:
Ille quoq; euerſus mons eſt quē maxima natu

Ereptis ſenſibus.propter mentē:& animū męrore oppreſſum propter mariti & fratris diſceſſum. Magnanimā.ſic & callimachus magnanimā appellauit teſte hyginio:Quoniā patrē hoſtiū multitudine perterritū:ac fugientē In equū inſiliens protexerit:& exercitus paterni reliquias cōſtituerit:plurimoſq; hoſtiū tum interfecerit:tū in fugam coniecerit. An ne bonū oblita es.comç conſolatio ad dominā ſuam Berenicen. Fortior auis.auſpiciū potentius nihilo q̃; ſit hoc Coniugiū regiū & fraternū aut fortior iō dixit:quoniā inter multas aues apparētes auſpiciū a fortiori aue Capiebat᷑: De auſpice nuptialibuſq; auſpiciis ſuperius Dixi in Iulię & mālii epithalamio. Mittens.dimittens:Moeſta uero dixit ne uideret᷑ prę impietate:atq; feritate uirū a ſe libēter dimiſiſſe. Quç.Qualia q̃; triſtia. Iuppiter.uocatiuus per exclamationem. Triſti.tibi Berenice. Mutauit.a rixa nocturna ad tantam erga fratrem pietatem:ut eius abſentiam tanto męrore proſequeris.
Tantus.tā potens. An.ſubaudias cauſa eſt:ut ſit ſenſus an aliqs deus te mutauit:an cauſa tā ſubiti męroris ē q̄ amantes amantiū abſentiam moleſte ferunt Plautus in gurg.Anime mi procul amātem abeſſe haud cōſentaneū eſt. Pro cunctis.unū pro abundat:ut ſit ordo atq; cunctis diuis pollicita es pro coniuge dulci:aut pro cūctis diuis.i.ante omnes diuos:nā pro interdū ſignificat ante ut pro templo ante templum. Aſiam.aſſyriā aſię partem. Quis.pro quibus. Factis.uotis nuncupatis. Diſſoluo.p dięreſim quattuor ſyllabas fecit. Digna ferat.ſenſus eſt cum ſuperioribus cōtinuatus:ſic ordo ē Iuro tuum caput:quod ſi qs inaniter:& falſo adiurare auderet ferat ſupplicia digna ſuo periurio:eſt autē iuriſiurandi facti affirmatio. Quod.caput tuum. Inaniter.falſo:uane. Ferat.patiat᷑:digna cōuenientia ſuo periurio.
Sed quis ſe ferro poſtulet eſſe parem.continuat᷑ ſententia cū ſuperioribus:ſic ego inuita ceſſi de tuo uertice:ſed ferro me tondenti reſiſtere nequiui:quoniā nemo auderet pari duricia reſiſtere ferro:quo durius eſt fere nihil. Ille mōs.mōtis exēplo ferri duritiem indomitā eē probat.Mons athos iter macedoniā:& thraciā ſitus eſt:Ideo ab homero thracius dictus & a mella inter Thracios fines deſcriptus ē:a plinio uero & a pleriſq; aliis latinis auctoribus in macedonia ponitur:Hic mons a planicie excurrit in mare p ſeptuagintaquinq; milia paſſuum:Ambitus radicis centū quinquaginta milia colligit:oppidum in cacumine fuit acroathon plinii tēporibus erant uranopolis:paleotron:thyrſus:oleon:apollonia:cuius incolę Macrobii noiant᷑:Nam ut ferunt ibi dimidio longior q̃; in aliis terris ętas habitātium erat:Ipſe aūt athos adeo elatus eſt:ut Credat᷑ etiā altius q̃; unde imbres cadūt ſurgere:Capit opinio fidem quia de aris:quas in uertice ſuſtinet non abluit᷑ cinis:ſed quo relinquit᷑ aggere manet:hunc autem montem xerſes rex pſarum continenti abſcidit in longitudine paſſuum mille quingentoꝝ pfoſſumq; tranſnauigauit:ac freto nauigabili egit puiū:hęc ex plinio atq; Mella:Duplici uero terminatiōe apud latinos grçca tn̄ litteratura inuenit᷑ prolatus:Nā & athos ut androgeos attica declinatiōe dicit᷑.ut Iuuenalis uelificatus athos:& qcqd gręcia mendax:aliter aūt uerſus claudicaret:ut ē apud Vir. Quātus athos aūt quantus erix:Non ignoro tamen Seruio aliter uiſum fuiſſe:ſed eruditiores hac in parte hoc diligētius aiaduertāt:legit᷑ itē alia terminatiōe athon hinc Cicero.iii.de rep.accuſatiuū a tertia latinitatis inflexiōe protulit ſcribēs:Quid ergo illa ſibi uult abſurda exceptio:niſi qs athonē pro monumēto uult fūditus efficere.Staſicrates aūt qdam(ut Plutarchus i alexādri uita ſcribit)pollicitus ē alexādro id nō ei aſſentiēti ſe fabricatuꝝ mōtē athon in humanā effigiem. Mons.ordo eſt ſuper quem uehitur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Progenies phthyæ clara ſuperuehitur:
Cũ mœdi prorupere nouum mare cũq; iuuentus
Per medium claſſi barbara nauit athon:
Quid facient crines?cum ferro talia cedant?
Iuppiter ut telorum omne genus pereat
Et qui principio ſub terra quærere uenas
Inſtitit:ac ferri frangere duritiem.
Abiunctæ paulo ante comæ mea fata ſorores
Lugebant:cum ſe memnonis æthiopis
Vnigena impellens nutantibus aera pennis
Obtulit arſinoes chloridos ales equis:
Hiſque per æthereas me tollens aduolat auras
Et ueneris caſto collocat in gremio:

Progenies phthię.gens theſſalica:ná mótis huius ima:ut Mella ſcribit tenẽt paruę pelaſgarum colonię: Theſſalia uero teſte ſtrabone atq; plinio argos pelaſgicum dicitur inter eruptiones pęnei:& thermopylas uſq; ad montanum pindi tractum:quoniam:& iſtorum locorum pelaſgi exiſtunt: Tota nãq; theſſalia quattuor in partes diuiditur:una pars uocatur phthiotica:altera eſtioeotia tertia thalaſſiotica.i.marina:quarta pelaſgia. Maxima natu.alii omnes fere codices habent maxima in oris:ſed quũ nullus niſi puerilis ſenſus elici poſſit:ac inelegans ſit duo epitheta iter ſe indiſtincte apponi idem ſignificantia ego Catulli elegãtia monitus ac hiſtoria inductus maxia natu legẽdũ arbitror:Nam ut Plinius & meſſa docent maximi natu efficiunť athon Incolentes ſũmũ:ibi enim dimidio lõgior q̃ in aliis propinquis terris ętas habitãtiũ fuit:bene igitur maxima natu phthię clara progenies: ſi legitur in oris ordo ſit in oris phthię:alii legũt in orbe:qđ nõ placet. Medi.pro perſis:ut Iuuenalis Epotaq; flumina medo prandẽte. Prorupere.prorũpẽdo fuderunt. Mare nouũ.per loca noue perfoſſa trãſmiſſum. Quũq; per medium athõ nauit. exephegeſis p̄cedentis ſententię. Claſſi.pro claſſe neceſſitate metrica:ut uictrici Lucanus protulit pro uictrice. Et qui principio ſub terra quęrere uenas inſtitit. Dactyli idęi ferrũ reppererũt ut diodorus:& Euſebius ſcribũt:Plinius autem de hoc copioſius tractãs ait Aes conflare & temperare Ariſtoteles ait lydum ſcythen monſtraſſe. Theophraſtus delan phrygem putat. Aerariam fabricam alii chalybas alii cyclopas:ferrum heſiodus in creta eos qui uocati ſunt Dactyli idęi: ferrum autem optimum uitę peſſimumq; inſtrumentum habetur:Siquidem hoc tellurem ſcindimus:Serimus arbuſta ponimus pomaria uites ſqualore deciſo annis omnibus Cogimus iuueneſcere:Hoc extruimus tecta Cędimus ſaxa:omneſq; ad alios uſus ferro utimur:ſed eodem ad bella:Cędes:latrocinia:non cõminus ſolum:ſed etiam miſſili:uolucriq; nunc tormentis excuſſo: nunc lacertis:nunc uero pennato: quam ſceleratiſſimam humani ingenii fraudem arbitror:hęc plinius. Inſtitit.Inſtanter:& ſtudioſe curauit. Frangere.domare temperare. Comę.crines dominę meę In uertice relicti:nam omnes non fuerant uoti: nec omnes deciſi.Sed pars maxima in Dominę capite remanſerat. Abiunctę.a me ſeparatę. Lugebant mea fata.quoniam ego pars crinium reginę capite priuata forem. Fata.Infortunia mea.

Quum ſe memnonis ęthiopis.ſenſus Comę ſorores meę lugebant Quum aurora memnonis parens alata obtulit ſe mihi cum equis cloridos in urbe arſinoes:& me de tẽplo tollẽs aduolat per ęthereas auras:& in ueneris gremio collocauit:at uenus cęli templa conſcendens me inter Sydera Conſtituit.parens memnonis fuit aurora tithoni cõiunx.Virgilius Nunc quibus aurorę ueniſſet filius armis: Aeſchylus autem memnonis matrem caſiam uocat. Ales.alata. Vnigena. unici memnonis parens:Solum enim memnonem ex tithono genuit. Obtulit ſe.ſcilicet mihi in templo poſitę. Equis chloridos. equis quibus chloris zephyri uxor uehitur. Arſinoes.ideſt in urbe quę arſinoe diciť:& genitiuus caſus eſt fungens uice aduerbii in loco ſignificantis:ut Veronę ſum:Arſinoe autem Ciuitas eſt in aphricę parte quę cyrenaica dicitur hęc urbs arſinoe aliquando dicta eſt teuchria: ut Plinius & Strabo ſcribunt:eſt alia urbs arſinoe in cypro.Alia item in Aetolia:cuius Strabo ſic meminit:ędificauit autem Arſinoem illam Arſinoe ſecundi ptolemęi ſoror ſimul & coniunx commode ad acheloi tranſitum ſitam: Chloridos. chloris florum dea ueneris filia zephyri uxor a Romanis flora diciť mutatis litteris Vt Ouidius in Quinto Faſtorum ingenioſe Interpretatur: floram autem Plutarchus Bonam deam eſſe aſſerit: Quę uero Sit bona dea legito apud Macrobium libro primo Saturnalium Chloris Item apud Propertium In ultimo nomen eſt ueneficę mulieris.

Ipſa ſuum zephyritis eo famulum legarat
Grata canopeis incola littoribus:
Scilicet ut uario ne ſolum in limite cœli
Ex ariadnæis aurea temporibus
Fixa corona foret:ſed nos quoque fulgeremus:
Deuotæ flaui uerticis exuuiæ
Vuidulum a fluctu cedentem ad templa dione
Sidus in antiquis diua nouum poſuit:
Virginis & ſæui contingens nanque leonis
Lumina calliſtœ iuncta lycaoniæ
Vertor in occaſum tardum dux ante booten:

Ipſa zephyritis.chloris zephyri uxor aut certe zephyritis uenus ſic dicta a zephyrio ęgypti promõtorio:qđ ueneris Arſinoes ſacellũ hẽt: ut Strabo docet:ẽ itẽ zephyrium aliud i cylicia. Legarat.miſerat:& ẽ uerſus ſpõdaicus ſic legẽdus ipſa ſuũ zephyritis eo famulũ legarat:alii ſcribũt famulũq; legarat:ſed nõ ſtat Syllaba:quũ legarat primã producat. Suũ fa.nunciũ aliquẽ ſuũ miſerat. Eo.ad urbẽ arſinoen ad illũ crinẽ accipiẽdũ:ut Inter ſydera collocareť. Incola.zephyritis hitatrix:& incola grata littoribus ęgyptiis manifeſte itelligit de uenere: nã ęgyptii uenerẽ colũt:ut apud tentiritas:ẽ itẽ in ęgypto i regiõe thebaica ueneris Ciuitas:ut Strabo docet:iõ ait Catul. grata. Canopeis littoribus.nã Canopus urbs a canobo amyclęo claſſis menelai gubernatore ibi ſepulto dicta c ntũ & uiginti ſtadiis ab alexandria diſtat i hoſtio nili ſita canopico appellato. Grata canopeis litto.quoniã ibi plurimis i locis coliť:ut dixi:ſiue q; illę gẽtes molliſſimę ac uenereę ſũt:& iõ molles:& effęminatę a poetis Dicũt:Lucanus peluſiaci tã mollis turba Canopi:& Iuue. Barbara famoſo non cedit ripa Canopo:papinius i ſyluis: curua terapnei laſciuiat ora cãopi:ẽ itẽ ut ſcribũt Pli.& hyginius canopos ſtella ad polũ antarcticũ:canopos aũt inſula flumine abluiť nilo:de canopo inſula nemo quẽ adhuc legerim p̄ter hyginiũ ſcripſit. In uene.gre.uenus ut papinius i ſyluaꝝ prio ſcribit ſedẽ ſuã:& thalamũ hẽt i lacteo circulo:de quo multa & hyginius fabuloſe:& Macro.hiſtorice ſcripſerũt:papinius: forte ſerenati qua ſtat plaga lactea cęli Alma uenus thalamo pulſa mõ nocte iacebat amplexu duro getici reſoluta mariti fulcra toroſq; deę teneꝝ p̄mit agmẽ amoꝝ. Vt ne.parelcõ:nã ut abũdat. Limite.termino:circulo zodaici:nã circuli ſeu maiores:ſeu minores qdã ſũt cęli termini ac limites ſignoꝝ ac ſydeꝝ loca diſterminãtes.Zonã aũt arcticã:i qua ſita ẽ ariadnes Corona demõſtrat:Beronices aũt crines ad antarcticã zonã figurati ſũt:ut infra diceť. Dione di.uenus a matre denoiata. Vuidulũ.me crinem madidũ:& ſuauiſſimis unguẽtis imbutũ:ut ipſe crinis infra inqt:unguẽtis una milia multa bibi. Cedẽtẽ a flu.diſcedẽtẽ a nili undis:nã iter ęgyptũ & regionẽ cyrenaicã:i qua ẽ arſinoe:& ueneris tẽplũ nilus iterfluit aphricã ab aſia diſterminãs. Ad tẽ.ſ.ueneris arſinoes:aut certe accedentẽ ad cęli tẽpla:nã & cęli cõuexa tẽpla dñr:ut.n.Var.perite docet:tẽplũ tribus modis diciť a natura ab auſpicãdo a ſimilitudine natura i cęlo ab auſpiciis i terra a ſimilitudie ſub terra:Terẽ.i eunucho atq; deũ feciſſe q tẽpla cęli ſũma ſonitu cõcutit:et pacuuius i hecuba:o magna tẽpla cęli cõmiſta ſtellis ſplẽdidis. Sydus no.in ãti.ſydus nouũ Inter ãtiqua ſydera. Virginis & ſę.cõ.nãq; leo.lu.ordo ẽ nãq; ego cõtingẽs leonis & uirginis lumina iũcta calliſtoe lycaonię uertor i occaſũ. Lumina.ſtellas i qbuſdã codicibus legiť calliſto iuxta lycaoniã:ſed ſyllaba ſic legi uetat:nã iuxta producit ultimã. Iũcta.ſ.numia. Calliſtoe.datiuus gręcus τῆ καλλιςοῖ ut ἡ λητῷ τῆσ λητόοσ ἡ τοῦς τῆ τοῖ. Lycaõię.calliſto dianę miniſtra lycaõis filia i urſã maiorẽ cõuerſa ab Oui.latiſſime decãtať:cuius fabulas multipliciter tractatas:q uolet plenius apud hyginiũ iueniet:huius aũt beronicęi crinis locus & ſi his i carmibus icertus:& pobſcurus uideť:ac mõ i arctica plaga:ut hic mõ in auſtrali ut infra i ultimis carmibus apparet: certã tñ Cat. huic ſyderi ex callimacho affert collocationẽ:hic.n.crinis iter leõis caudã:et uirginẽ ad auſtrale zodiaci latus ſitus utrũq; uideť cõtingere ſignũ:leõis aũt ſignũ extendẽs ſe ad zodiaci latus arcticũ.i.circulũ ęſtiuũ:i quo ãteriores pedes fixos hẽt tã prope urſã maiorẽ ẽ:ut eã cõtingere appareat: Ariadnęę autẽ coronę bootę uirgis:leõiſq; ſignoꝝ:q̃ hic a Catul.tãguntur:& hiſtorias ab hyginio copioſiſſime narratas:& partim ab Oui.tractatas breuitati ſtudẽs p̄tereo:nõ.n.hęc puerilibus igeniis aut litteraꝝ expertibus:ſed his ſtudioſis iuuenibus q ferulę manũ ſuppoſuerũt ſcribũť. Dux.qa illũ p̄cedo:bootes iõ tardus appellať:quoniã ad occaſũ tẽdẽs tãtũ tpris i pagẽdo minimi circuli arctici ſpatio cõſumit:quantũ ſigna zodiaci i toto mũdo reuoluẽdo:aut ut ſcribit hyginius:iõ ſero occidere diciť:q; magis erectus a pedibus p̄uenit ad terrã:ſic Iuue.Pigri ſaraca bootę:dixit:Luca.aũt auſtralis climatis rõne dixit lucet & exigua uelox ibi nocte bootes. Vix ſe.mer.quis tã breuẽ Diurno ſpacio circulũ pagẽdum hẽat ſero aũt mergiť rõne:ac reſpectu climatis qnti:qđ ab aſtronomis diciť diarones:Nã reſpectu quarti climatis dialexãdrias ſeptemtriões nõ uidet Troglodyticeinec cõfinis Aegyptus pari ratione dixit ſupra uertor in occaſum crinis Berõices:quem Italia ideſt clima quintum non cernit: Sed occidiſſe noſtro climati uidetur:quum non appareat Boote ad occaſum tendente: Plinius ſeptentriones non Cernit Troglodytice: & confinis ęgyptus nec canopum Italia: & quem uocant Beronices crinem.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Qui uix ſero alto mergitur oceano.
Sed quanquam me nocte premunt ueſtigia diuū
Luce autem canæ reſtituor thetidi:
Pace tua fari hic liceat rhamnuſia uirgo
Nanque ego non ullo uera timore tegam:
Nec ſi me infeſtis diſcerpent ſydera dictis
Condita quin uere pectoris euoluam:
Non his tam lætor rebus: quã me abſore ſemper
Abſore me a dominæ uertice diſcrutior:
Qui cū ego dū uirgo quondã fuit omnibus exp̄s
Vnguentis una milia multa bibi:
Nunc uos optato quas iunxit lumine teda
Non poſt unanimis uincula coniugibus.
Tradite nudantes reiecta ueſte papillas.
Quam iucunda mihi munera libet onyx
Veſter onyx: caſto petitis quæ iura cubili.
Sed quæ ſe in puro dedat adulterio:
Illius aura leuis bibat & dona irrita puluis
Nanque ego ab indignis præmia nulla peto:
Sed magis o nuptæ ſemper concordia ueſtras
Semper amor ſedes incolat aſſiduus:

Alto oceano. altum dixit reſpiciens ad arcticum in quo bootes eſt uertice: Nã hic uertex nobis ſem
per ſublimis eſt: ideo a mari alte diſtare uidetur aut certe epitheton ſit perpetuū oceani: qui ut placet
mathematicis altior terra eſt. Sed q̄q; me nocte p̄munt ueſtigia diuum. Horū octo ſequentiū uerſuū
hic uidetur ſenſus: Sed pace tua rhanuſia nemeſis hic fari mihi liceat q̄q; ego Coma in cęlo conſtituta
hominibus noctu appareo: ac luce oriente in occaſum mergor nõ tamẽ his cęli honoribus tantum lę
tor: quantū doleo: & diſcrutior me abeſſe a domina mea Beronice: Cum qua multarū Deliciaꝝ parti
ceps fiebam: Ordo autem talis eſt: ſed
ego nõ tam lętor his q̄q; nocte diuo/
rū ueſtigia me p̄munt: luce autem re/
ſtituor thetidi canę: Cętera per paré/
theſin leguntur: Veſtigia diuum me
nocte p̄munt. i. noctu uideor in cęlo:
ubi deorum pedes in cęlo exiſtẽtium
me premere uidentur: eſt hoc quan/
tum ad ad hominum aſpectum: quia
noctu hoc ſydus apparet: mane auté
dicitur in occaſum demergi: Orit̃ eni
Cronice in ueſpera mane aũt in occa
ſum deſcendit. Thetidi canę. ocea/
no Cano propter ſpumoſas undas.
Rhamnuſia. nemeſis: quę ſuperbis:
& ambitioſis iſeſta es: Quaſi hęc uer
ba ſuperbientis uideãtur. Sydera.
Quę cõtumeliis a me affici uidentur:
quū coꝝ cętum ſpernã. Dictis. cõui
ciis. Diſcerpant. lacerẽt me ſibi iſen
ſam. Euoluã. explicem: effundam: é
aũt euoluã quattuor ſyllabaꝝ p̄ dyę
reſim. His rebus. apparitiõe noctur
na: & diurno occaſu. Abſore abſo
re: abeſſe. eſt aũt cõduplicatio ad mẽ/
tis effectum exprimendū. Dominę.
reginę beronices. Qui cū. cum qua
domina: aut cū quo uertice Fuit ex
pers. caruit q̄tum ad cętera p̄ter Ca/
put membra: tãtū eni capillos ungué
tis imbuebat. Omnibus unguentis.
noua: & inuſitata Conſtructio: quum
expers, apud omnes fere auctores linguę latinę cum genitiuo conſtruatur: Dicimus enim expers cura/
rum expers culpę. Multa milia. ſ. unguentorum. unguentoꝝ originé atq; delicias legito apud Pliniū
libro. xiii. Nunc uos optato. nouas nuptas hęc coma hortatur: ut ſibi inter ſydera collocatę libent:
& ſacrificent ſua unguenta: uiris autem ſuis unanimis non unguenta: Sed pro ſummis deliciis papillas
nudas tradant: ordo eſt nunc uos nouę nuptę: quas optato lumine teda coniunxit tradite unanimis cõ
iugibus papillas reiecta ueſte nudatas. Onyx ueſter libet mihi q̄ Iucunda munera: dico onyx ueſter: o
uos quę Cupitis Iura Caſto cubili. Teda. nuptiarum celebratio: Quę p̄latis tedis fiebat. Lumine.
optato. Nam ſponſi miꝝ immodum optant pręferendarum facum horam. Vnanimis non poſt uin
cula. Qui non poſt uincula cõiugalia: ſed multo ante ueſtri amatores uobis ſunt facti unanimes. Tra
dite nudatas papillas coniugibus. uiris ueſtris papillas nudantes & unguento mihi: & in meum honoré
libato perfuſas tradite. Onyx. lapis eſt p̄tioſus quo unguentarię ampullę fiebant: eſt autem onyx gé
ma: cuius Plinius ſic meminit: exponéda etiam é onycis ipſius natura propter nominis ſocietatem hoc
in gemma tranſilit: & a lapide ex carmania Sudines Dicit in gemmã eſſe Candorem unguis humani ſi
militudine: & infra ueꝝ autem onycem plurimas: uariaſq; cū lacteis zonis habere uenas. Libet mihi.
aut comis inſpergat: poſuit eni ſe pro toto comaꝝ puellariū genere aut libet mihi. i. in honoré meū pa
pillis inſpergebat: prior expoſitio magis placere poteſt. Irrita dona. unguenta euaneſcentia In au/
ras & puluerem. Irrita. nihil proficientia: mihique diſplicentia o nuptę matrimonium colentes.

Tu uero regina tuens cum ſydera diuã
Placabis feſtis luminibus uenerem:
Sanguinis expertem uotis non eſſe tui me
Sed potius largis effice muneribus.
Sydera cur iterent? utinam coma regia fiam:
Proximus hydrochoi fulgeret aorion.

Tu uero regina tuens quū ſydera diuã placabis feſtis luminibus uenerẽ ſanguinis expertẽ. ordo eſt o
regina nõ uotis: ſed potius largis muneribus effice me nõ eſſe tui ſanguinis expertem: quū diebus feſtis
intuens ſydera placabis diuam uenerẽ: ut ſit ſenſus tu diebus feſtis ueneri litans nõ ſolū uotis: ſed etiã
largis ſacrificiis & donis oſtede me eſſe tui ſanguinis participem. Votis. precibus. Sed potius largis
muneribus. ideſt non ſolū uotis: ſed etiam muneribus. i. donis & ſacrificiis precioſis: ut unguentis odo
ribus uictimis. Votis. omnes fere codices deprauati habẽt ueſtris: ſed ego uerbis ſequẽtibus mõitus
emendandū arbitror: quoniã corre/
ctio eſt rhetorica: ut ſit ſenſus nõ tan/
tum uotis & p̄cibus: ſed potius mune/
ribus effice. Sydera cur iterẽt utinã
coma regia fiam. Senſus eſt ad qd uti
litatis aut ad quã iucunditatẽ ſydera
ſūt i cęlo: quū ortus & occaſus totiẽs
ſit cū moleſtia iterãdus ac ſi dicat cę/
leſtis ſedes nihil boni habere mihi ui/
detur: quū ortus & occaſus totiens cū
moleſtia ſit repetendus. Cur. ad qd
quã utilitatem quaſi dicat ad nullam.
ex cõparatione capitis reginę: in quo nõ iterabã: ſed fixa & qeta ſemp manebã. Iterent. ortum &
occaſum repetãt: nunc oriant̃ & cęlū aſcendãt: nunc occidant & terras ſubeant. Fiã coma regia. in re
ginę meę caput reſtituã. Proximus hydrochoi fulgeret aorion. i. ſi fierẽ regia coma: tunc aquarius &
orion ſydera nullo interſtitio ſeparata fierẽt propinqua. nam hęc coma ut partim ſup̄ius dictū eſt ad
leõis caudã apud uirginem ita ſita eſt ut ab aquario: cui uicinus eſt orion: non multū diſtet. Aorion.
hęc eſt uera huius loci lectio alii aũt legunt oyrion diuiſa diphthongo impite: penultima eni fieret bre
uior: quū apud oẽs poetas producat̃: ſed legendū eſt Aorion nulla diphthongo diuiſa: nõ eni ab orio/
ne deducit̃ q̄q; idẽ eſt ſignū ſed aorion enſiger dicit̃ Tò ἄορ. eni ſignificat enſem inde aorion quaſi
enſifer: ſic Lucanus. enſiferi nimiū fulget latus oriõis: enſem eni tribus ſtellis figuratū gerit: orionis aũt
& aquarii fabulas ab hyginio late ac copioſe narratas breuitati ſeruiẽs p̄termitto. Hydrochoi. aqua/
rii Tò ὕδωρ aqua χέω fundo: inde hydrochoos a gręcis dictus aquarius.

## AD IANVAM.

De quadam familia nefarriis ſtupris inceſtiſq; immerſa.

o Dulci iucunda uiro iucunda parenti
Salue: teq; bona iuppiter auctet ope
Ianua quam balbo dicunt ſeruiſſe benigne
Olim quum ſedes ipſe ſenex tenuit:
Quãq; ferunt rurſus uoto ſeruiſſe maligno

o Dulci iucū. ui. iucū. pa. Hac elegia
indelebili nefandaꝝ libidinū infa
mia notat quandã familiã: cuius dñm
ac patrẽ ſenem celato noie nefarrium
ſtupꝝ: ſeu adulteriū cū nuru ſua cõmi
ſiſſe clamat multiſq; opprobriis ac
mordaciſſimis ſalibus hanc domum
acriter inſectatur ianuam primū do/
mus illius alloquens eã ſibi de familię
flagitiis reſpondentẽ inducit. Viro. ſponſo ſeu marito: filius aũt ſolus habebat uxorẽ: cui quū cõiu
gii officiis minime ſatiſfaceret: ſenex ip̄e pater ſponſi nouã nuptã cõpreſſit: ideo dicit ianuã eſſe parẽti
ipſius ſponſi iucundam: Auctet. ualde augeat: opere numine & auxilio ſuo. Balbo. hic eſt ille cor
nelius balbus patria gaditanus: pro quo defenſo extat Ciceronis Oratio: ad quem eiuſdem ciceronis
eſt epiſtola in ſexto libro: Hunc inferius appellat Catullus cornelium Quum inquit: ſed de poſtumio
& corneli narrat amore. fuit item balbus Cornelius cęſaris i bello ciuili legatus oppii collega: ad quẽ
eſt hirci epiſtola in cęſaris commentariis: de cornelio balbo legito ſuetonium in uita iulii cęſaris: fuit
item iiſdem temporibus quitus lucilius balbus ſtoicus: qui tantos progreſſus habuit in ſtoicis: ut cum
excellentibus in eo genere gręcis compararetur: ad hũc antiochi peripatetici de ſtoicorum & peri/
pateticorum conuenientia liber fuit miſſus. Seruiſſe benigne. humane patuiſſe ac ad puellam in/
greſſū facillime cõceſſiſſe oli quū ip̄e balbus iã ſenex tenuit ſedes. i. brixię p̄ſes eẽt: nã hęc domus: quã
Catul. iſectat̃ erat brixię. ut iſerius patebit aut tẽuit ſedes dixit. i. quū hac puella ſolus potiret̃ i hoc ão/
re dñabat̃: nã tenere ſedes ẽ dñari. Voto. ſ. amãtis balbi poſteaq̄ puella nupſit & data eſt molli uiro.



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Facta marita.nupſit. Proiecto ſene.excluſō balbo. Age.hortantis eſt dum abundat:ut perſius dic age dum ſtaio. Quare mutata feraris.ordo eſt quare tu mutata feraris deſeruiſſe fidē in dn̄m ueterem balbū. In erga. Non ita cęcilio placeā cui credita nūc ſum culpa mea eſt.ianuę reſponſio ad poetę interrogationē:ordo eſt nō culpa mea eſt ita cęcilio dn̄o meo placeam:cui nunc ſum tradita.

Pot.pro poteſt:aut potis eſt & eſt locutio familiaris catullo:ut alibi hoc facies ſiue id nō pote ſiue pote:Alibi in te ſi qcq̄ dici pote putide uicti. Peccatū.participiū eſt:alibi nomē. Ianitor ipſe facit.ſtatus iuridicialis aſſumptiuus p̄ purgationē a neceſſitate q̄a ſit a ianitore coacta. Iſtęc.iſta mala de quibus me interrogas. Non iſtuc ſatis eſt. Catulli uerba:& eſt ſenſus:nō ſufficit te negaſſe hanc culpā eſſe tuā:ſed oportet cauſas & rationes afferre probabiles: quas unuſquiſq; perſpiciat. Quid poſſum nemo q̄rit.ianuę reſponſio.

Vobis.tibi catulle quęrenti talia: quū hęc uera alius nemo ſcire curet ac me culpet. Primum igit̄ uirgo: ordo & ſenſus ē primū igitur falſum eſt q̄ illa puella fertur uirgo incorrupta eſſe nobis tradita:nō maritus illā attigerat prior patre ſuo:cuius mētula nunq̄ arrigebatur:ſed pater ſponſi puellam prior uiolauit:quoniā aut filius erat ſterilis aut q̄ pater impiiſſimus erat. Vir.maritus puellę. Prior.ante patrē:nā pater ſponſi effęminati eius ſpōſam prior filio cōpreſſit.

Sicula.diminutiuū a ſica tali genere pro mentula iocoſa trāſlatio a tęlo aſſumpta. Betha.hortēſis herba cibis humanis familiariſſima: cuius folium litterę gręcę formā retinēs inde nomen traxit. Nunq̄ ſe mediam ſuſtulit ad tunicā.ſic ſupius p̄tūdo tunicāq; paliūq;. Cubile.thalamū cōiugiū ut iuuenalis antiquū & uetus eſt alienū poſthume lectū concutere atq; ſacri geniū cōtemnere fulcri. Quęrēdūq; nec unde foret neruoſius illud.ſēſus ē nec eſt inq̄rēdū un̄ aut ex qua cā pater mēbrū hēret neruoſius & durius q̄ filius q̄d mēbrū poſſet puellę primitias auferre:nā q̄q̄ uidet̄ nō ueriſimile:tamen pater filii uxorē uiolauit & pro ignauo filio ſponſę ſatiſfecit.

Poſtq̄ eſt proiecto facta marita ſene.
Dic agedum nobis quare mutata feraris
In dominum ueterem deſeruiſſe fidem.
Non(ita cæcilio placeam cui reddita nunc ſum)
Culpa mea eſt:quanq̄ dicitur eſſe mea:
Nec peccatum a me quiſq̄ pote dicere quicq̄
Verum iſthæc potius ianitor ipſe facit.
Quin quacunq; aliquid reperitur non bene factū
Ad me omnes clamant:ianua culpa tua eſt.
Non iſthuc ſatis eſt uno te dicere uerbo:
Sed facere ut quiuis ſentiat & uideat:
Quid poſſum nemo quærit:nec ſcire laborat:
Nos uolumus uobis dicere:ne dubita.
Primum igitur uirgo quod fertur tradita nobis
Falſum eſt:non illam uir prior attigerat:
Languidior tenera cui pendens ſicula betha
Nunq̄ ſe mediam ſuſtulit ad tunicam:
Sed pater illius nati uiolaſſe cubile
Dicitur:& miſeram conſceleraſſe domum:
Siue quod impia mens cæco flagrabat amore:
Seu quod iners ſterili ſemine natus erat:
Quærendūq; nec unde foret neruoſius illud
Quod poſſet zonam ſoluere uirgineam:
Egregium narras mira pietate parentem:
Qui ipſe ſui nati minxerit in gremium:
Atqui non ſolum hoc ſe dicit cognitū habere:

Quod poſſet zonā ſoluere uirginē.i.uirginis primicias auferre:de uirginali zona ſoluēda ſatis dictū fuit ſupius de paſſere. Egregiū narras.Catulli uerba ironica: In gremiū in genitalia ſpōſę ſui nati.

Mixerit.coierit:ſic p̄ſius patricię immeiat uului. Atq.certe uerba ianuę.Brixia cenomanoꝝ caput urbs gallię ciſalpinę a gallis cōdita ē:ut iuſtinus ex trogi auctoritate ſcribit a gallis in italiā trāſgreſſis Tortelii alioq̄n non indocti uiri uerba de Brixię origine ficta ex liuii auctoritate falſo prolata mihi ſomniis ſimillima uidētur:huius aūt urbis arx ipoſita ē colli molliter aſcendēti:quē Catullus antiquo noīe chineā appellat ſpeculā Nam catulli temporibus ille collis chinęa dicebatur: uix ſine riſu ioci ſq; tranſire poſſum:curioſas ne dicam pueriles queſtiones quorumdam:qui quare ac unde chinęa dicatur anxie requirunt:tanq̄ non ſufficeret diffiniſſe athos eſt mons mecedonię:& himetus mons atticus Athenis imminet:niſi interpretatiōem afferam cur ita ſint appellati & dicam quot aceſtes uixerit annos: quot ſiculus phrygibus uini donauerit urnas:ut q̄ſtiones huiſmodi lepide ridet Iuuenalis.

Chinęa alii legunt ciconia:ſed omnes codices ueteres habent chinea. Suppoſita.pro impoſita. aut poſita ut ſit protheſis & eſt nominatiui caſus q̄q̄ ultimā producit licentioſa ratiōe ſequētium cōſonantium:ut iuuenalis:occulta ſpolia & plures de pace triūphos:& Virgilius lapęq; tribuliq;. Specula.nam inde clarus patet proſpectus cremonam uſq;: alii tamen legunt in ſpecula ut ſtet uerſus: Mella.fluuius iuxta Brixiā labēs cuius mēinit i georgicis Virg.curuis i uallibus illū paſtores & curua legūt prope flumia mellę. Brixia ma.mea patria:eſt.n.ianua:quę loquitur: nā ut ſupius dictū eſt hęc domus erat Brixię. Amata meę ueronę.meam ueronā dixit poeta ad ſe reſpiciens.

Brixia chinnæa ſuppoſita in ſpecula:
Flauus quā molli percurrit flumine mella
Brixia ueronæ mater amata meæ:
Sed de poſthumio & corneli narrat amore:
Cum quibus illa malum fecit adulterium.
Dixerit hic aliquis:quid tu iſthæc ianua noſti
Cui nunq̄ domini limine abeſſe licet:
Nec populum auſcultare:ſed hic ſuffixa tigillo
Tantum operire ſoles:aut aperire domum.:
Sæpe illam audiui furtiua uoce loquentem
Solam cæciliis hæc tua flagitia:
Nomine dicentē:quos diximus:utpote quæ mi
Speraret nec linguam eſſe nec auriculam.
Præterea ardebat quendam:quem dicere nolo
Nomine:ne tollat rubra ſupercilia:
Longus homo eſt magnas qui lites intulit olim
Falſum mendaci uentre puerperium.

De poſthumio.huius meminit cicero in epiſtola ad balbum. Corneli.cornelii balbi de quo ſupra dictū eſt: aut certe cornelii alterius hoīs. Narrat.ſcilicet Brixia. Illa.puella domina mea. Conciliis.coetibus uicinię cōuentibus uicinaꝝ:Aliter legitur Cecilius.i.dn̄is meis:q domū nunc tenēt:& puella potiunt̄. Quos diximus.Poſthumiū & cornelium Balbū. Quēdam.quis aūt hic fuerit longus homo rubris ſupciliis adulterio cōceptus curioſiores quęrant & ariolent̄. Lites.de genitore ſuo:quē finxit & aliū mētitus ē. Puerperiū.i.ipē partus falſus & ex falſo patre genitus.Falſum puerperium.noīatiuus caſus ē. Mēdaci: mentiēte uentre materno:nā adultera matrem mentiebatur eius patrem.

## AD MALLIVM.

q Vod mihi fortuna caſuq; oppreſſus acerbo
Conſcriptū hoc lachrymis mittis epiſtoliū:
Naufragum ut eiectū ſpumātibus æquoris ūdis
Subleuem:et a mortis limine reſtituam:
Quē neq; ſancta uenus molli requieſcere ſomno

Ad Mallium.

q Vod mihi fortu.ca.oppreſ.acerbo.Mallio uerſus et libros quoſdam in moeroris ſui cōſolationem petenti humane reſpōdet Catullus excuſans ſe q̄ neq; cōſolātia carmina ſcribere poſſit ingenti ob fratris mortem męrore cōfectus & a muſarū muneribus excluſus neq; libellos a ſe cōpoſitos:quos mallio ad conſolationē det Veronę habet:ſed oēs fere romę reliquerat:in patriā ubi nunc erat ad fratris exeq̄as Cenotaphio celebrandas reuertens. Petit itaq; ueniā ſi utriuſq; petitiōis malliū compotem nō faciat:Laudatq; mallii ſingularē erga ſe pietatem:atq; munificam liberalitatē nullis ſęculis obliuiſcēdā:quoniā cum poeta:amicam domum:amoreſq; omnes cōmunes fecerit:Rogat poſtremo mallium ut hoc carmine ſit contentus:uiuatq; foeliciter cum amica: totaq; familia. Quod mihi fortuna.Ordo eſt ex longo hyperbato decimi uerſus:id gratū eſt mihi: quoniam me tibi amicum dicis q̄ tu opreſſus fortuna & caſu acerbo mihi mittis hoc epiſtolium lachrymis conſcriptum:ut ego ſubleuem te eiectum ſpumantibus ęquoris undis ac a triſti mortis limine reſtituam te:quem ſancta uenus non perpetitur requieſcere i lecto cęlibe molli ſomno deſertum. Oppreſſus fortuna & caſu acerbo.Mallius hic iuliam uxorem cuius ſuperius celebratum eſt epithalamiō fato defunctam immaturo deflens tanti moeroris conſolationem a Catullo p̄ epiſtolam quęſiuit ſignicans ſe infortunato cōiugis iulię fato miſerabiliter oppreſſum miſerię ſolatia requirere. Lachrymis cōſcriptū.Sic mallius in epiſtola ſe lachrymis ſcripſiſſe dixerat. Epiſtoliū paruulā epiſtolā:nā ab epiſtola fit grecum diminutiuum epiſtolion ſicut a philotis philotion μεῖραξ τὸ μακάριον Te eiectum naufragum.te aduerſę fortunę caſibus exagitatū:alegorice ſumptū hoc a naufragiis. A mortis limine.in quo ēe te putans ob dilectiſſimę coniugis mortē. Sācta uenus.uenus & amor coniugalis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Deſertum molli ſomno. Quem coniugalis ſocietas pręſtabat. Lecto cęlibe. uxore orbato. Nec ueterum dulci. per hoc ſignificat mallium muſarum ſtudioſum dolore coactum conſueta ſtudia deſe/ ruiſſe. Peruigilat anxia. mens anxia & ſi peruigilat tamẽ in ſtudia litterarum incumbere nequit. iuue nalis. ſed uatẽ egregium cui non ſit publica uena Qui nihil expoſitum ſoleat deducere nec qui com muni feriat carmen triuiale moneta anxietate carens animus facit omnis acerbi impatiẽs cupidus ſyl/ uarum aptuſq; bibendis foetibus aonidum. & infra: Quis locus ingenio niſi Quum ſe carmine ſolo uexant & dominis cirę niſęq; ferunt pectora noſtra. Petis hic. ex urbe ue rona ubi ſum. Munera mu. Carmi na: & libros. Veneris mu. i. ut Romã redeã ad cõuiũ iter nos puellarũ mu/ nera: nã ut ĩfra dicit: Mallius cũ catul. amicã cõmunẽ fecerat: ſic loqtur iſq; domũ nobis iſq; dedit dñam: Ad quã cõues exercerenius amores. Mea icõ moda. ex fris morte ſuſcepta. Offi/ ciũ hoſpitis. i. mei: q ſũ tuus hoſpes & familiaris officiũ morẽ gerẽdi tuę uo lũtati. Quis. pro qbus. Merſer. ual de imergar & uexer. Dona bea. car minũ ſolatia. Veſtis pu. uirilis toga pura & unius tãtũ coloris erat: puero rũ autẽ ꝑtexta purpurę filis ĩtertexta fuit. Aetas. adoloſcẽtia: i cuius initio uirilis toga ſumebat᷑. Iocũdũ uer. iu cundũ tꝑus a pędagogi cuſtodia libe ratũ: ut ꝑſius quũ primum pauido cu ſtos mihi purpura ceſſit. Dea. uenus cuius amores & luſi & ſecutus ſũ. Cu ris. amoribus. Dulcẽ ama. cacozelõ ẽ: ut Luca. concordia diſcors & Ora. ſtrenua nos exercet inertia: dulcem ãt ad amatoꝝ cupiditates: amariciẽ ue/ ro ad amaras ĩ amore curas dixit: Nã ut ait Plau. amor ẽ melle & felle fęcũ/ diſſimus dulce guſtu dat amaꝝ ad ſa/ tietatẽ uſq; aggerit. Fraterna mors. de qua ſupra dictũ ẽ ĩ ele. pria. Qua re qd ſcri. ordo ẽ: quare malli id nõ ẽ turpe: ſed magis miſerũ ꝙ ſcribis eſſe turpe catullo ueronę eẽ ꝙ hic ueronę .ſ. qſqs de meliore nota calefecit ſibi mẽbra cubili amoribus deſerto Hac eni rõne Catul. mallius romã reuoca/ bat ſcribẽs unũquẽq; meliore cõditio ne uiꝝ Verõę noctes ſine puella exige re ac amore ſcdo carere. Hic. uerõę ubi ſũ. Quiſqs me. no. i. qcũq; inge nuus melioris nois ac tituli ſiue condi tiõis: notã. n. pro cõditiõe poſuit. Scri ptoꝝ. i. libelloꝝ a me ꝯpoſitorũ: quos romę reliq: aut certe hũaoꝝ ſtudioꝝ libros ĩtelligit ꝑp quos mal. Catul. ro mã reuocabat afferẽs hanc ſecũdã rõ nẽ. ſ. ob libroꝝ ꝯmodã copiã: q̃ Vero. careat romę ãt ſit abũdaturus. Huc. Veronã. Non ſa. ige. igrato: & ruſtico: nã igratitudo ruſticano rũ hominũ ẽ. Vtriuſq;. unũ erat Carminũ & libroꝝ: alterũ ut Romã rediret. Petẽti. tibi hęc duo petẽti: puto tñ potius legẽdũ eẽ petiti: ut ſit copia utriuſq; petiti. i. duplicis petitiõis tuę. Vltro. ſpõte.

Deſertum in lecto cælibe perpetitur:
Nec ueterum dulci ſcriptorum carmine muſæ
Oblectant: quum mens anxia peruigilat:
Id gratum ẽ mihi: me quoniã tibi ducis amicum
Muneraq; & muſarum hinc petis & ueneris:
Sed tibi ne mea ſint ignota incõmoda malli:
Neu me odiſſe putes hoſpitis officium:
Accipe quis merſer fortunæ fluctibus ipſe
Ne amplius a miſero dona beata petas.
Tẽpore quo primum ueſtis mihi tradita pura ẽ:
Iucundum quum ætas florida uer ageret:
Multa ſatis luſi: non eſt dea neſcia noſtri:
Quæ dulcem curis miſcet amariciem.
Sed totum hoc ſtudiũ luctu fraterna mihi mors
Abſtulit: o miſero frater adempte mihi
Tu mea tu moriens fregiſti cõmoda frater:
Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus:
Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra
Quæ tuus in uita dulcis alebat amor:
Cuius ego interitu tota de mente fugaui
Hæc ſtudia atq; omnes delicias animi.
Quare quod ſcribis ueronæ turpe catullo
Eſſe: quod hic quiſquis de meliore nota
Frigida deſerto tepefecit membra cubili:
Id malli non eſt turpe magis miſerum eſt:
Ignoſces igitur: ſi quæ mihi luctus ademit:
Hæc tibi non tribuo munera: cum nequeo.
Nã quod ſcriptorum nõ magna ẽ copia apud me
Hoc fit ꝙ romæ uiuimus. illa domus:
Illa mihi ſedes: illic mea carpitur ætas:
Huc una ex multis capſula me ſequitur.
Quod cum ita ſit: nolĩ ſtatuas nos mẽte maligna
Id facere aut animo non ſatis ingenuo:
Quod tibi non utriuſq; petiti copia facta eſt:

Vltro ego deferrem: copia ſiqua foret.
Non poſſum reticere de q̃ qua mallius in re
Iuuerit: aut quantis iuuerit officiis:
Ne fugiens ſæclis obliuiſcentibus ætas
Illius hoc cæca nocte tegat ſtudium:
Sed dicam uobis: uos porro dicite multis
Milibus: & facite hæc charta loquatur anus:
Omnibus inq; locis celebretur fama ſepulti:
Noteſcatq; magis mortuus atq; magis:
Nec tenuem texens ſublimis aranea telam
Deſerto in mallii nomine opus faciat.
Nã mihi quã dederit duplex amathuntia curã
Scitis: & in quo me corruerit genere:
Cum tantum arderem quantum trinacria rupes:
Lymphaq; in œtheis malia thermopylis)
Mœſta nec aſſiduo tabeſcere lumina fletu
Ceſſarent: triſtiq; imbre madere genæ:
Qualis in aerei perlucens uertice montis
Riuus muſcoſo proſilit e lapide:
Qui quũ de prona præceps eſt ualle uolutus
Per medium denſi tranſit iter populi:
Dulce uiatori laſſo in ſudore leuamen:
Quuũ grauis exuſtos æſtus hiulcat agros:
Ac uelut in nigro iactatis turbine nautis
Lenius aſpirans aura ſecunda uenit:
Iam prece pollucis iam caſtoris implorata:
Tale fuit nobis mallius auxilium:
Is clauſum lato patefecit limite campum
Iſq; domum nobis: iſq; dedit dominam:
Ad quam communes exerceremus amores:

Defer. tibi traderẽ. Cop. cõmoditas facultas: nã carmĩa nequeo facere ne q; romã reuerti poſſũ utriuſq; icõmo di cã ẽ mihi mors frarerna: q̃ ois fami lia nrã mihi admiſtrãda ẽ. Dec. muſę q̃ teſtes eius i me meritoꝝ eſtis. No cte. ignorãtię tenebris. Hoc ſtu. hũc mallii erga me fauorẽ & pium aĩum. Anus char. carmẽ multa uetuſtate ꝑ durãs: Mar. Et qcqd uoluit teſta uo/ cat᷑ anus. Sepulti. i. mallii poſteaq̃ ſe pultus fuerit. Ne te. te. ſenſus ẽ Mal lii nomẽ ita celebret᷑: ut nunq̃ ulla ex parte ſordeſcat. nã trãſlatio ẽ a locis ad frequẽtẽ nois memoriã loca. eni: q̃ ñ celebrãt᷑ neq; frequẽtãt᷑ araneis op plẽt᷑. Amathũtia. ãtonomaſiõ uen e ris ab amathũte cypri urbe: de q̃ ſupe rius dictũ ẽ: duplex ãt dicit᷑ a Catullo cui duplicis amoris curã inieccerat: aut certe duplex. i. fallax: nã fallacẽ homi nẽ duplicẽ appellare ſolemus: ut Cic. i offõꝝ. iii. Hoc ãt celãdi genus q̃le ſit cuius hois qs nõ uidet certe nõ aptinõ ſimplicis nõ igenui: duplex ãt uenus: quia dulce promittẽs amaꝝ ingerit. Corruerit. iuerterit ꝑcipitauerit. Ar derẽ. amore flagrarẽ. Trinacria ru. ętna ſicilię mõs ꝑpetuo flagrans incẽ dio. Lympha malia. a theſſalię loco: quã urbẽ puto unde arbitror dictum maliacũ ſinũ: & itẽ maliẽſes populos quos ſtrabo thermopylis uicinos ſcri bit. maliẽſes aũt thucydides tris i ꝑtes diſtribuit. ſ. paralios: Hieres: & thra/ chinios: ſcribit itẽ Mylas locũ meſſa/ nioꝝ: ũde & myliẽſes dici poſſe puto Malia igit᷑ pro maliẽſi accipiat᷑. In oetheis Termopylis. thermopylę mõ tanus tractus ad theſſalię fines lõgitu dine ſua magnas multaſq; gręcaꝝ re gionũ partes attĩgẽs ad oethã ſaltũ theſſalię ac doridi conterminũ uſq; protẽſus: cuius trãſitũ pylas. i. portas et ãguſtias uocãt atq; thermopylas: ſũt. n. ibi prope thermę. i. cali dę aquę magno i hõre ueluti herculi cõſacratę: ipe ãt mõs oetha ab oriẽte ac thermopylis i occidentẽ uſq; i ſinũ ambracũ extendit᷑: iõ thermopylas oethęas appellat Catul. Męſta nec aſſi. hic locus apd̃ oẽs fere codices deprauatus ẽ: Nã i aliqbus legit᷑ męſtaq; aſſidio: i aliis uero legit᷑ męſta. n. aſſiduo: ſed utrũq; uitioſũ ẽ ſyllabis repugnãtibus legat᷑ potius. Moeſta nec aſſi. ta. lu. fle. Ceſ. tri. im. ma. ge. ꝑ hũc aſſiduũ męrorẽ iugeſq; lachrymas igẽtẽ ſui aĩ erũnã exꝑſſit: ut maximũ mallii Catul. a miſeria leuãtis officiũ: ac ſingulare meritũ oñderet. Qualis i aerei. apta poetici diſcurſus ſimilitudo ad largũ lachry maꝝ fluxũ demõſtrãdũ. Vertice. ſumitate: qd proprie ſignificet uertex legito apd̃ qntilianũ lib. viii. Iter. pro media uia. Aeſtus hi. ag. ſcindit ſiccitate terrã nimius ſolis feruor Vir. ſcindit canis ęſtifer arua. Ac ue. elegãs alterius poetici diſcurſus ſimilitudo & ornatus ad ſequẽtia mallii erga poetã iucũ diſſima officia demõſtrãda. Nigro. procelloſo: tẽpeſtuoſo: nubiloſo: Ora. nigris ęquora uẽtis emira bit᷑ iſolẽs. Pollucis & ca. geminoꝝ ſignũ nautis ꝑſtare fęlicẽ nauigationẽ credidit uetuſtas: Ora gra tũ Tyndaridę ſydus ab ĩfimis quaſſas erripiũt ęquoribus rates: Naſo i faſtis utile ſollicitę ſydus utꝫ ꝑ rati: Mar. & gratũ nautis ſydus fulgere laconũ: Flaccus i argonautis lumẽq; inoxia fũdit purpureũ mi/ ris olim iprobabile nautis: Diodo. ãt ſiculus li. v. cur gemini nauigãtibus fauere putẽt᷑ hãc affert hiſto/ riã argonatis iter quos erãt caſtor: & pollux nauigãtibus coortaq̃; igẽti tẽpeſtate cęteris ſalutẽ deſpe/



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quo mea ſe molli candida diua pede:
Intulit & trito fulgentem in limine plantam
Innixa arguta conſtituit ſolea:
Coniugis ut quondam flagrans aduenit amore
Proteſilaæam laodamia domum:
Accepta & fruſtra nondum cum ſanguine ſacro
Hoſtia cæleſtes pacificaſſet heros:
Nil mihi tam ualde placeat rhamnuſia uirgo
Quod temere inuitis ſuſcipiatur heris:
Quam ieiuna pium deſideret ara cruorem
Docta eſt amiſſo laodamia uiro:
Coniugis ante coacta nouum admittere collum
Quam ueniens una atq; altera rurſus hyems
Noctibus in longis auidum ſaturaſſet amorem
Poſſet ut abrupto uiuere coniugio:
Quod ſcibant parcæ non longo tempore abeſſe
Si miles muros iſſet ad iliacos:
Nam tum helenæ raptu primores argiuorum
Cœperat ad ſeſe troia ciere uiros:

tãtibus ſolũ orphea tradũt religiõis peritũ uota pro ſalute diis ſamothracibus feciſſe extẽploq; tẽpeſta te ſedata quũ duo aſtra ſupra pollucis & caſtoris capita cecidiſſent: oẽs eo miraculo ſtupẽtes crediſiſ ſe deorũ prouidẽtia ſe a pĩculis exẽptos: quo facto cõtigit: ut quos poſtmodũ maris agitaret tẽpeſtas ſa mothracibus uota pro ſalute facerẽt: aſtraq; apparẽtia ad caſtorẽ: & pollucẽ referrẽt. Is clau. Quę fuerit mallii erga ſe auxilia oñdit. Cãpũ. agrũ meũ: q fuerat ſatis exiguus Dilatauit: & extẽdit. Do minã. clodiã amicã quã leſbiã poeta nũcupauit: & dñam amãtiũ more appellauit. Cões. mihi & ipſi mallio. Quo. ad domũ: & dñam ſiue ad quos cões amores: & eſt ſenſus ad quos amores: ſiue ad quã dñam diua uenus mihi fauẽs attulit fęlix auſpiciũ molli aditu. Pede mol. fęlici acceſ ſu: ſic ſupra in epithalamio. o cubile quot oibus cãdido pede lectulis: quę tuo uenıũt hero. Mea. mihi fauẽs: ut Terẽ. o noſter chreme. Trito. ipi ue neri frequẽtato. Arguta ſo. breui & arcta crepida ſiue calceo: Solea pro calceo: pſius ſolea puer obiurgabere rubra: ſolea itẽ iter planos piſces a pli nio noiat: & materia robuſtea ſuper quã paries craticius extruit. Cõiugis ut quõ. cõparatio hęc p excurſũ poe ticũ ſũpta ẽ ad feruẽtes & ſplẽdidos i Catul. amores oñdẽdos: talis. n. fuit Catul. dña accedẽte uenere q̃lis fuiſſe dicit laodamia uiri proteſilai domũ igrediẽs: laodamię duę fuiſſe iueniũt altera filia achaſti pylacęi & proteſi lai uxor tãto uiri amore flagrãs: ut il lũ ad troiana bella tendẽtẽ ſeq uolue rit: ſed uiri hortatu i pria remãſit inui ta: altera ab Homero ſcribit Bellero phõtis filia: quę a Ioue cõpreſſa ſarpe donen genuit. Proteſilaçã. proteſi laus iphicli filius fuit: ut Homerus i ſcđo iliados ſcribit is cũ fratre podarce ad troiã. lx. nauibus profe ctus: ac ex oibus prius i troianũ littus naui egreſſus ab hectore iterẽptus ẽ: Oui. ut Hectora prius fatali ter haſta proteſilae cadis. Accepta & fru. ſenſus: & ordo ẽ Laodamia uenit ad proteſilaçam domũ Quũ hoſtia pro proteſilao uota fruſtra accepta diis ac minime grata nõdũ placaſſet deos: q nõ uicti ma: ſed proteſilai morte placãdi erãt: quoniã dii cęleſtes decreuerãt proteſilaũ ex gręcis primũ perimẽ dũ ad troiã: aliter legit icepta hoſtia: Quę lectio mihi magis placet: ut ſit ſenſus. Quũ proteſilaus iam hoſtia fieri iceptus: & diis deſtinatus i mortẽ fruſtra: & ſine utilitate ſua nõdũ piiſſet ac fruſtra nõdũ ſã guine ſuo deorũ decreto ſatiſſeciſſet fruſtra nõdũ placaſſet: quoniã paulopoſt oio erat placaturus ad troiã peundo: Et ſic fatalis neceſſitatis uim imutabilẽ oñdit. Incepta ho. proteſilaus iã ad mortẽ deſti natus & ẽ noiatiui caſus cuius ultimã licẽter produxit cõſonãtiũ ſequentiũ rõne: ut Iuue. occulta ſpolia & plures de pace triũphos. Nihil mi. tã ual. p. his octo ſequẽtibus uerſibus Catul. cõtinet optatio de uotis ab amica ſiue uxore pro uiro ſuſcipiẽdis: & erit talis ordo o rhamnuſia uirgo nil. i. nullũ uotũ mi hi tãtũ ualde placeat qđ ſuſcipiat: & uoueat iuitis heris. i. deis: q̃tũ docta: & monita eſt laodamia uiro extincto ꝙ ara deorũ ieiuna & ſicca deſiderat piũ: & ſacratũ cruorẽ. Nil. nullũ uotũ. Suſcipiat. cõ cipiat uoueat. Heris. diis regũ oium dñis. Inuitis. aduerſantibus. Deſideret. ſubaudit ꝙ: ut ſit ꝙ de ſideret & poſcat. Piũ. ſacratũ ex uictima. Ieiuna. ſicca diu nullis uictimis intincta. Coacta. ſ. fati neceſſitate. Dimittere. amittere. Nouũ. Iuuẽile aut nup ſibi iũctũ nuptiis. Collũ. cãdidã uiri ceruicẽ quã uxor iucũdiſſime amplectit. Vir. Ter conatus ibi collo dare brachia circũ: Tibul. Huic tu cãdẽtes humero ſuppõe lacertos: & alibi poſt ẽt collo ſe iplicuiſſe uelit. Veniẽs hy. ſequẽs ãnus. Auidũ amo. iſatiabilẽ laodamię ãorẽ erga maritũ: quo ſe carere poſſe nũq̃ crediderat. Poſſet ut ab. ui. cõ. ꝙ nũq̃ potuiſſet credere ſe poſſe poſtea uiuere ſine proteſilao: qđ tñ poſſe fieri docuerunt eã ãni qui uiri mor tẽ ſecuti qbus paulati aſſuefacta ẽ carere marito. Quod. ſ. illã carere poſſe uiro: Nam parcę uitã lao damię poſt uiri mortem producturę ſciebant ſi proteſilaus ad troiã iret laodamiã ſine uiro uicturã.

Troia neſas cõmune ſepulchũ europæ aſiæq;
Troia uirum & uirtutum oium acerba finis:
Quæue etiã id noſtro lœtum miſerabile fratri
Attulit hei miſero frater adempte mihi:
Hei miſero fratri iucundum lumen ademptum
Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus:
Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra
Quæ tuus in uita dulcis alebat amor:
Quem nunc tã longe non inter nota ſepulchra
Nec prope cognatos cõpoſitum cineres:
Sed troia obſcœna troia infelice ſepultum
Detinet a noſtro terra aliena ſolo:
Ad quam tũ properãs fertur ſimul undiq; pubes
Græca penetralis deſeruiſſe deos:
Ne paris abducta gauiſus libera mœcha
Ocia pacato degeret in thalamo:
Quo tibi cum caſu pulcherrima laodamia
Ereptum eſt uita dulcius atq; anima
Coniugium: tanto te abſorbens uertice amoris
Aeſtus in abruptum detulerat barathrum:
Quale ferunt graii penæum propter amœnum
Siccari emulſa pingue palude ſolum:
Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis
Auſus falſiparens amphitrioniades:

Troia neſas cõm. catu. aduerſus troiã feruẽs declamatio atq; iuectio. Neſas. neſãdũ funus. Aſię hoc quãtũ ad troiãos dixit: quoniã tota fere aſia troiãis attulit auxiliũ nã & teutamus rex aſſyriorũ pe nes quos totius aſię fuit ea tẽpeſte pricipatus prião ſibi ſubdito Memnonẽ tithõi filiũ cũ decẽ milibus ęthiopũ totidẽq; ſuſianię cũ ducẽtis curribus i auxiliũ miſit. Europę. cuius magna pars gręcis cõtra troianos cõſpirauit. Virtutũ. aut fortitudis ois: quę proprie dicit uirtus: aut oium uirtutũ: quę i hoi bus ſut: Nã i illis bellis ſingularia oium uirtutũ exẽpla fuerũt. Acerba cinis. aſp & acerbus rogus: Ci nis aũt apud antiquos & maſculino & fęminino genere prolatus fuit: qđ diligenter aiaduertit priſc. Quęue ẽt id ñro. rõ & cã cur in troiã iuehat a cerbius. Quę nũc tã longe. ordo eſt quẽ cõpoſitũ tã longe nõ inter ſepul chra nota nec cõpoſitũ prope cogna tos Cineres, ſed ſepultũ in troia infeli ce aliena terra detinet a noſtro ſolo. Nota. nobis cognita. Cognatos ci neres. cognatorũ reliqas. Penetrales deos. patrios deos ſuoſq; nepotes. Quo caſu. quo infortunio belli tro iani. Tãto te abſorbens uertice amo ris: epiphonema ẽ ad pcedẽtis cõiugii altitudinẽ et fęlicitatẽ oſtẽdẽdam: ſeu cofirmãdã prolatũ. Tãto uer. amo ris. tãta coniugalis amoris altitudine. In abrumptũ barathrum. i profun dã miſeriarũ uoraginẽ. Quale ferũt graii. ſimilitudo ad barathri profũdi tatẽ oſtendẽdã: ordo eſt quale ſolũ pi gue graii ferũt ſiccari emulſa palude. Peneũ pp amęnum. i omnibus quos adhuc legerim catullianis codicibus uno meo & eodem puetuſto excepto hũc locũ corruptiſſimũ & portẽtis ſi millimũ inuẽi. nã i qbuſdã legit pro pe cylleniũ: i aliis uero prope cilleneũ quę lectio q̃ uitioſiſſima ſit duę ſylla bę i utroq; uocabulo priores cõtra ra tionẽ poſitę & una ſupabundãs aptiſ ſime indicãt: ſed qs nõ putaret catullũ portẽta phrẽeticorũ uerbis ſimillima fuiſſe locutũ ſi tã imprudẽter legat pe neũ cylleneum: tãq; peneus theſſalię amęniſſimus ãnis prope cyllenẽ arcadię mõtẽ labat: liberẽus igit ſi poſſumus Catul. elegãtiſſimũ: atq; prudẽtiſſimũ poetã ab indigniſſima tãti furoris iſamia: quũ eius ueriſſima lectio ſit peneũ pp amęnũ quẽ amoenũ recte a catullo noſtro appellatũ planiſſime docẽt hęc Pli. pſcripta flumina theſſalię api danus: phanix: enipheus onochonus: & ãñ cũctos claritate pençus ortus iuxta gõphos iterq; oſſam & olympũ nemoroſa cõualle defluẽs qngẽtis ſtadiis dimidio eius ſpatio nauigabilis in eo curſu tẽpe uo cãt qnq; miliũ paſſuum lõgitudie & ferme ſex latitudine ultra uiſum hois attollentibus ſe dextra leua q; leuiter cõuexis iugis intus ſua luce uiridãte allabit pençus uiridis calculo amęnus circũ ripas gramie canorus auiũ cõcentũ: Hercules ut diodorus ſiculus ſcribit a locis quę tẽpe uocant ubi late ſtagnabat i cãpis aqua ducta foſſa aquã deduxit theſſalię circa peneũ fluuiũ cãpos fertiles pbẽs theſſalia circũda ta penei fluuii aqs exitũ nullũ cõcedẽs ſub ppetuis paludibus magna ex parte latebat: Hercules ãt oſſã ab olympo diſcludens aquis exitum patefecit: lucanus: hos inter montes media qui ualle premuntur Perpetuis quondam latuere paludibus agri: Lumina dum campi retinent: nec peruia tempe Dant ad itus pelago ſtagnumq; implentibus unum Creſcere curſus erat poſtq̃ diſceſſit olympo Herculea gra uis oſſa manu: ſubiteq; ruinam ſenſit aquę Nereus: ſtrabo autem aſſerit terremotibus factis abrupta eſſe quę nunc uocantur tempe & ab olympo abſciſſam oſſam: & hac peneum effluxiſſe in mare.

Falſiparens, Hercules Amphytrionis Falſi Et non ueri patris filius putatiuus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tempore quo certa ſtymphalia monſtra ſagitta
Perculit imperio deterioris heri:
Pluribus ut cæli tereretur ianua diuis:
Hebe nec longa uirginitate foret.
Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo:
Qui diuum dominum ferre iugum docuit:
Nam neq; tam charum confecto ætate parenti
Vna caput ſeri nata nepotis alit:
Qui cum diuitiis uix tandem inuentus auitis
Nomen teſtatas detulit in tabulas:
Impia deriſi gentilis gaudia tollens
Suſcitat a cano uulturium capite:
Nec tantum niueo gauiſa eſt ulla columbo

Stymphalia monſtra. Euriſteus rex argiuorum iunonis impulſu Inter alia ſtipendia imperauit herculi ut obſcenas aues in ſtymphali arcadię palude morantes: quę circũ uicina loca infeſtabant aut puniret: aut fugaret hoc negotiũ arduũq; laborem impoſitum ſibi arte ingenioq; facile perfecit: Ná ut Diodorus ſcribit has aues innumera multitudine finitimarũ regionum fructus uaſtátes: quia ui ſuperari ob infinitũ numerũ nõ poterant ingenio ſubſtulit Tabulam. n. ęream parauit: quę repcuſſa ingenti ſonitu uolucres timore in fugam compulit longinquá: Catul. aũt poetis aſſentiés aues ſagittis fugatas dixit: Ná ſtrabo ait poetas ſcripſiſſe ſagitis & tympano has aues ab hercule fuiſſe fugatas Stymphalis át é palus arcadię: in qua ut ſcribit Pli. muſculi aquatici naſcunt̃: ſtymphalum uero oppidum: & ſtymphalus fluuius ex quo & ſtymphalide lacu naſcit̃ eraſinus fluuius argiuorũ agros pcurrés. Perculit. pcuſſit uexauit. Deterioris he. euriſtei regis iuſſu qui deterior: & herculeis uirtutibus minor erat. Pluribus ut cęli. i. ut mirabilibus ſuarum uirtutum experimentis pfunctus deorũ numerum augeret: ac ſuorum laborum mercedem hebes Coniugium acciperet. Sed tuus altus amor. comparationes atq; multas ſimilitudines inducit ad profũdum laodamię amorem augédum. Tuus amor. o laodamia Barathro. profundo ioles amore: Barathrum eſt imméſa profunditas aſpicientium oculos calligans. Qui diuum dominum ferre iugũ docuit. herculis inſanos in iolen Euriti filiam amores tangit: Hercules omnibus certaminibus abſolutis megaram uxoré iolao tradidit: & ad prolem procreádá alterá uxoré minime ſuſpectá quęrens iolé euryti ęchalię regis filiam petiit: Ille megarę repulſam ueritus ſe ſuper eo matrimonio couſulturũ reſpondit: Hercules fruſtratus ſponſa iniuriaq; motus Euryti abegit equos iphitumq; filiũ eius equos inquirétem tirynthia ex turri pręcipitauit: ac tandem ſequentibus annis poſt aſtydamen ormenii regis ſtupratam in ęchaliam contra Euryti filios ob iolen ſibi in uxorem Denegatam exercitum duxit: ac urbe Capta Euriti filios Toxeum: molionem pytium interemit iolemq; abduxit: ferunt autem poetę tanto ioles amore herculem flagraſſe: ut in eius gratiá Lanam & penſa deduxerit: Leoniſq; ſpolium: cęteroſq; uiriles cultus acceptis muliebribus cũ iole cõmutauerit: ut apud Ouidium in heroidibus herculi deianira plenius exprobrat. Ná neq; tam charum. Alia Comparatio: & ſenſus eſt nec tam charum nepotem filia parentibus gignit in magnę hęreditatis Succeſſionem q̃; charus: & iucundus fuit proteſilao Laodamię amor: Tam charum caput. ſ. q̃; charus fuit proteſilao amor laodamię uiri domũ ingredientis. Nata. filia: Confecto ętate. ętate grauato. Seri. tarde geniti: quum Iam parens decrepitus ex filia nepotes deſperaret. Gentilis. Cognati aut affinis ſperantis hereditatem iure ſucceſſionis: gentiles enim ſenis hęreditatem ſperabant: quoniá eius unica filia uniuerſę hęreditatis ſubſtátiam Conſequi iure non poterat: Nam ea lex erat: Cuius Liuius meminit: gentilis dicitur ex eodem genere ortus: Et is qui ſimili nomine appellatur: ut ait Cintius gentiles mihi ſunt qui meo nomine appellant̃: hęc feſti eſt diffinitio. Deriſi. decepti ac uane ſperantis hęreditatem: quum poſtea ſit pręter ſpem genitus nepos. Tollens. remouens: expellens: excludens. Suſcitat a Cano uulturium Capite. ideſt quum pręter ſpem propinqui Captatoris nepos Sit genitus: heres in diuitias aui ſuccedens: & Captatorem excitans abigit a ſenis diuitiis: quibus inhiabat: eſt autem elegans metaphora a uulturibus: & cadauere ad Captatores alienę hęreditati uehementer inhiantes: Sic Oratius Captatoré appellauit Coruũ Scriba ex quinq; uiro Coruum deludet hiantem: Captatorq; dabit riſum naſica corano. Suſcitat a Cano Capite. abigit a ſenis cadauere ac morte: cui inhiabat ante nepotis ortum: in aliis libris corrupte legitur Suſcitat & cano Capiti: ſed ſi quis diligentius proſpiciet Inueniet Copulam in ſenſu non admitti: & legendum eſſe a Cano Capite. Vulturium. Captatorem hęredipetam. dicitur hic uultur: & uulturius: & uulturis: Catullus alibi Lingua exerta auido ſit data uulturio: Ennius uulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem. Vlla Compar. ulla columba colũbo ſuo pari ſotietate cõiũcta.

Compar ſeu quicquid dicitur improbius:
Oſcula mordenti ſemper decerpere roſtro
Quantum præcipue multiuola eſt mulier:
Sed tu horum magnos uiciſti ſola furores
Vt ſemel es flauo conciliata uiro:
Aut nihil aut paulo cui tu concedere digna:
Lux mea ſe noſtrum contulit in gremium:
Quam circumcurſans huc illuc ſæpe cupido
Fulgebat crocina candidus in tunica:
Quæ tamé etſi uno non eſt contenta catullo
Rara uerecundæ furta feremus heræ:
Ne nimium ſimus ſtultorum more moleſti:
Sæpe etam iuno maxima cælicolum
Coniugis in culpa flagrabat quottidiana
Noſcens omniuoli plurima furta iouis.
Atqui nec diuis homines componier æquum ẽ.
Ingratum tremuli tolle parentis onus:
Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna
Fragrãtem aſſyrio uenit odore domum:
Sed furtiua dedit nigra munuſcula nocte
Ipſius ex ipſo dempta uiri gremio:
Quare illud ſatis eſt: ſi nobis id datur unis

Seu quicquid improbius. aut ſi eſt aliud aialiumpar improbius & libidinoſius columbis. Oſcula mordenti. ſic Martialis. oſcula me capiunt blandas imitata columbas. Mulier. pro fęmina poſuit noie quũ mulier proprie de genere humano tátũ dicat̃: Sic & Virgilius uirum pro hyrco & Caprarũ marito dixit: uir gregis ipſe caper deerrauerat: & Oratius uxores de capris Dixit Quęrunt latentes & thymo deuię olentis uxores mariti. Multiuola. multũ uolans aut multę. i. multiplicis & mutabilis uoluntatis: & cupidinis inſtabilis. Sed tu. o laodamia nunc omnes ſupiores cõparationes atq; ſimilitudines ad propoſitũ applicat. Horũ. Columborũ herculis & cęterorũ. Furores. amores: Virg. ſeu quiſqs furor Viro flauo. proteſilao: flauum pro candido: & albicanti poſuit ut Virg. flaua ceres alto neqcq̃; ſpectat olympo: Proteſilaus fuit corpore candido uultu honeſto uelox cõfidens temerarius ut dares ſcribit. Aut nihil aut paulo. ſatis cómode tráſit ad amicę ſuę ſibi a mallio datę mentionem: & eqperationé. Lux mea. amica mea ipſitilla uel leſbia: quá ſibi oculis chariorem infra cõfitet̃. Lux. uita: ſiue oculi lumé: lux pro uita ſupius: nobis quum ſemel occidit breuis lux nox é oibus una dormiéda. Tu. o laodamia. Cui. meę luci. Quá circũcurſans. Cupidinis cũ puella conſuetudiné illius uenuſtaté egregiam demonſtrat. Crocina. croceus hitus cupidini attribuit̃: & crocinus forma gręca é κρόκινος latina facit croceus. Rara uerecundę furta feremus herę. i. & ſi iterdũ ſolo me Catullo nó eſt cóténta: raro tñ cũ aliis męchis furta cómittet. Furta. ſtupra: ſiue adulteria. Herę. amicę quę mihi hera eſt. Verecũde. declamatoria ratio cur raro cum aliis uiris ſit peccatura. quoniá. ſ. é uerecũda. Feremus. tolerabo pmittá ne ſim nimis moleſtus ei nunq̃; cóceđens uenerei appetitus cõmutationé: quá ét cõcedédá iunonis exẽplo probat. Quottidiana cul. quottidanis adulteriis & ſtupris. Furta furtiuos coitus. Oíuoli. oia uolétis: aut p oia optata ſua uolantis: ut ſupra multiuolá mulieré dixit. Cõponier. cõparari ut. ſic paruis cõpóere magna ſolebá. Ingratũ tre. tol. pa. onus. ſenſus é quũ nõ ſit equũ hoies diuis cõparare noli te onerare táta deorũ inuidia quáta ſe onerát curioſi parétes filias ſuas deabus nimis ipéſe cõferétes. Tolle. remoue: abiice. Onus. oneroſũ atq; odioſũ laboré. Gratũ. diis moleſtũ. Parétis tre. pris decrepti. Illa. mea leſbia a Mallio mihi data. Nec pa. de. mihi dedu. i. a patre ſuo mihi nó nupſit: ná in nuptiis mos ſemp fuit: ut pater filiá ſpóſo ſuo manu ducta dederet. Domũ. ſ. meá: ut alię nuptę ſolét ſuorũ ſponſorũ domũ accedere. Fragráté. aſſy. odo. diebus nuptialibus ſpóſi domus ſuauiſſimis odoribus inſpargebat̃: Odore. amomũ i aſſyria naſcit̃ a Vir. aſſyriũ appellatũ: & ſupius a catul. dicit̃ aſſyriũ oliuũ. aſſyrio fragrás oliuo: ubi ſatis multa de unguétis ex Plinii pſcripto dicta ſũt: poſſumus tñ nó abſurde itelligere opobalſamon: myrobaláon: ſtiracen: Malobathron: aliaq; huiuſmodi odoraméta Quę nõ minus i ſyria: q̃; i aliis locis gignũt̃: ut latiſſime legitur apud Pli. li. xxii. & xiii. Furtiua munu. occulta: & cládeſtina adulteria. Ex ipſo dempta uiri gremio. a uiri ſurgens amplexu mihi afferebat ueneris munera. Quare illud Satis eſt. Concludit ſatis ſibi eſſe ſi a leſbia benigniſſimum accipit Coitum Inter uitę foelicitates Lapillo albo notandum: q̃uis & aliis uiris Interdum ſed raro non neget: nobis unis mihi & tibi malli. Id. uenereũ munus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quod lapide illa dies candidiore notat:
Hoc tibi quod potui confectum carmine munus
Pro multis aliis redditur officiis:
Ne noſtrum ſcabra tāgat rubigine nomen
Hæc atq; illa dies atq; alia: atq; alia:
Huc addēt diui q̄ plurima quæ thetis olim
Autiquis ſolita eſt munera ferre piis.
Sitis felices & tu ſimul: & tua uita:
Et domus ipſa in qua luſimus & domina:
Et qui præcipue nobis terram dedit a quo
Sunt primo nobis omnia nata bona:
Et longe ante omnes mihi quæ me charior ipſa ē
Lux mea: qua uiua uiuere dulce mihi eſt.

Lapide candidiore. antiqs ex thracū inſtituto mos fuit dies lętos albis calculis infęlices nigris quottidiana notatiōe ſignare eo modo totū annū cōputantes candidis notatos inter uitę ſeriem recēſebāt: nigris aūt ſignatos uitę nō eē aſcribēdos putabāt: ſic Perſius Hūc macrine diē numera meliore lapillo Qui tibi Labentes apponit Candidus annos: Oratius aūt cū Acronte & porphyriōe interp̄tibus hunc morē cretenſiū fuiſſe putauit Creſſa nec Careat pulchra dies nota niſi forte q̄d ſuſpicor Oratii uerba mendoſa interp̄tes deceperint & quod Oratius threſſa pro thracia ſcripſerit: interp̄tes: ſiue quod potius Credo librarioꝝ iperitia Creſſa Corruptū inuenerit: Pli. hūc morē ſic exagitat uana mortalitas & ad circūſcribendā ſe ipſam ingenioſa Cōputat more thracię gentis: quę calculos colore diſtinctos pro experimento Cuiuſcū q; diei in urnam Cōdit: ac ſumpto die ſeparatos dinumerat: atq; ita de uno quoq; pronūciat q̄d ꝙ iſte Candore calculi laudatus dies originem mali habuit. Hoc tibi quod potui. Elegię concluſio cum excuſatiōe poetę qui curis: & męroribus oppreſſus oībus mallii meritis: & optatis ſatiſfacere nequiuerit: Sed pro tātis officiis: quę mallio debet hoc tātū amici animi teſtimoniū Carmie uno miſerit. Pro aliis officiis. quę tuis erga me meritis multa debeo. Noſtrū nomen. noſtri nois memoriā. Rubigine. obſcuritate obliuiōis: hoc ē ne noſtrū nomē obliuiōe pereat. Huc. ad hāc noſtri nois Cōſeruationē. Themis. themin antiq deam putabāt eſſe: quę p̄ciperet hoibus id petere q̄d fas eſſet: eamq; id eē exiſtimabant quod & fas eſt. hęc feſtus. P. Nā themin cęli: & terrę filiā: tum diuinandi artem: tū ſacra cultuſq; deoꝝ introduxiſſe dicunt: eaq;: quę ad beneui uendū & pacē ptinent oſtēdiſſe: nam θέμις ſignificat fas: hāc aūt deam hoibus aureo ſęculo iuſte uiuentibus oia uota pie cōcepta tribuiſſe dixerūt poetę. Piis. pie ac iuſte uiuentibus. Antiquis. priſcis aurei ſęculi hoibus. Tua uita. amica tua. In qua luſimus. in qua ego a te hoſpitatus carmina ſcripſi. Domina. amica tua. Cōmoratio eſt: In eadē .n. re pſiſtit mutatis uerbis. Et q. i. & ſit fęlix mallius: q pateſecit meos agros ſic ſupra: is clauſum lato pateſecit limite campū: iſq; domū nobis iſq; dedit dominā. Principio. alii legūt p̄cipue ſed hic uerſus: & ſequens uarie corrupti iudicio meo ſic legant: Et qui pricipio nobis terrā dedit atq; a Quo ſūt nobis oia nata bona. Longe. ualde. Lux mea mihi charior me ipſo. leſbia mihi mea uita charior: Sic infra. Eripere ei noli multo quod charius illi eſt oculis: ſeu quod charior eſt oculis.

# IN RVFVM.

**n** Oli admirari quare tibi fœmina nulla
Rufe uelit tenerum ſuppoſuiſſe femur:
Non illam raræ labefactas munere ueſtis
Aut perluciduli deliciis lapidis:
Lædit te quædam mala fabula: qua tibi fertur
Valle ſubalarum trux habitare caper:
Hunc metuunt oēs: neq; miꝝ: nā mala ualde eſt
Beſtia: nec qui cum bella puella cubet.
Quare aut crudelem naſorum interfice peſtem.
Aut admirari deſine cur fugiunt.

In Rufum.

**n** Oli admirari. Rufum ueſtibus: & gemmis fulgentē ſe ab omnibus puellis contemni atq; uitari mirātem magna ſordium: atq; teterrimi odoris hyrcini nota infamiaq; afficit monens aut ne admiret̄ ſe uitari: aut hyrcinū fętorem extinguat. Rarę ueſtis. p̄cioſę ac pręclarę togę. Labefactas. uexas: pturbas. Veſtis. ſ. ſuauibus odoribus infectę. Lapidis. gemmę ſardonycis perlucidi Martialis Cuius et hic lucet ſardonycata manus. Fabula. diuulgata de te infamia: Caper. hyrcinus odor ex ſubalis exiēs: Oratius Polypus an grauis hirſutis cubet hyrcus i alis. Subalaꝝ. ſubala: & ala pars ē ſub brachio concaua ab adoleſcentię initio hirta:

# DE MVLIERE SVA:

**n** Vlli ſe dicit mulier mea nubere malle
Quā mihi: non ſi ſe iuppiter ipſe petat
Dicit: ſed mulier cupido quod dicit amāti
In uento & rapida ſcribere oportet aqua.

De Leſbia.

**n** Vlli ſe dicit. i puellā ſuā ſcribēs fallacia mulieꝝ i amātes uerba. Inania q; promiſſa demōſtrat. Et rapida ſcri. opor. aq̄. quoniā fruſtra creditꝰ q̄d mulieres promittūt: aut dicūt amātibus quēadmodū fruſtra ſignat̄ aut pforat̄ aq̄ oio poſt ictū cohęrens unī prouerbiū erat apd̄ ātiquos aq̄ hęret: cōtra fruſtra conātē huius prouerbii cice. i offōꝝ. iii. meminit.

# AD VIRROBONEM.

**ſ** I cui uirrobon ſacer alarum obſtitit hircus:
Aut ſi aliquem merito tarda podagra ſecat:
Aemulus iſte tuus qui noſtrum exercet amorē
Mirifice eſt a te nactus utrunq; malum:
Nam quotiens futuit totiens ulciſcitur ambos:
Illam affligit odore: ipſe perit podagra.

Ad Virrobonem.

**s** I cui uirrobon. uirrobōem alloquēs eū iocoſe cōſolat̄ de communibus iniuriis ſibi & illi factis a ruſo utriuſq; riuali: quē podagrę toetoris libidiniſq; indomitę amarulēta infamia notat. Aemulus. riualis tuus. Noſtrū amorē. meā amicā. A te. a tuis iprecatiōibus. Vlciſcit̄. ultiōe perſequitur. Ambos. ſe atq; puellā quę amorem tuum fraudat.

# AD LESBIAM:

**d** Icebas quondam ſolum te noſſe catullum
Leſbia: nec præ me uelle tenere iouem.
Dilexi tum te: non tantum ut uulgus amicam:
Sed pater ut gnatos diligit & generos:
Nunc te cognoui: quare & ſi impenſius uror:
Multo ita tu nunc me uilior & leuior:
Quis potis eſt / inquis: quod amantē iniuria talis
Cogit amare magis ſed bene uelle minus?
Deſine de quoq̄ quicq̄ bene uelle mereri:
Aut aliquem fieri poſſe putare pium.
Omnia ſunt ingrata: nihil feciſſe benigne
/ Imo etiam tedet / ſtetq; magiſq; magis:
Vt mihi quem nemo grauius nec acerbius urget
Quā mō qui me unū atq; unicum amicū hūit.

Ad Leſbiam.

**d** Icebas quō. leſbię fallacibus illecebris blādiſq; uerbis pellectꝰ ac poſtremo deceptus poeta ſe ſolū a leſbia amari credēs puellā dilexit: ac oi paterno affectu proſecutus ē: ſed quū ſe ab ea alios plures amāte: aut certe cuida hoi noie mullo nubente deriſū cognouiſſet: amore magis ardēs leſbiā tamē leuius: ac uilius ęſtimabat. Prę me. an̄ me: aut reſpectu mei. Nūc te cognoui. te fallacē mulloq; nubētem alioſq; prę me recipiētē dep̄hēdi: Nupſerat aūt leſbia mullo cuidā ſtolido uiro: i quē Catul. ifra iſultat i epigrāmate leſbia mi p̄ſte uiro. Et ſi ipē. uror: multo. Ita tu nūc me uilior: & leuior. ſenſus ē ꝙuis ob riualiū meoꝝ ęmulationē: atq; amittēdi metum tui amore magis accēdar: tn̄ pp̄ fraudes tuas ac Corporis diuulgationē te uiliorē: leuioreq; hēo. Intēſius. uehemētius. Vilior & le. ſ. es. Me. pro mihi: Nā antiqui me pro mihi dicebāt: ut feſto placet. Quis potis ē inquis. leſbię obiectio p̄ iterrogationē: & ē ſenſus Quis poſſet hęc duo cōtraria facere: ut eūdē amātem iniuria: & pfidia amicę cogat magis amare illā: ſed eidem puellę minus bene uelle pp̄ Iniuriam. Magis amare. magis appetere illā amicam. Minus bene uelle. minori beniuolētia proſequi: legito Donatū in andria. Deſine de quoq; quicq; bene. u. m. poetę uerba: noli inquit de quoq; benemereri: aut ſi benemereris De ullo: noli ſperare illum poſſe fieri gratū: aut piū: quoniā oēs ſunt Ingrati: itaq; magis atq; magis ſtet: & placeat tibi nihil cuiq; benigne facere: ſicut mihi ſtat: & placet nihil benefeciſſe multis. Deſine uelle. i. noli. Quicq; benemereri de quoq; alicui q̄cq; benefacere. Putare. ſperare. Pium. gratū: nā gratia & pietas idē pleꝝq; ſignificāt. Omnia Sūt ingra. plus dixit: q; ſi diceret oēs hoies ingrati ſūt. Stet. placeat. Nihil feciſſe benigne. benigne facere eſt benemereri: & liberalitatē exercere Cicero in officioꝝ primo: uidēdū eſt eni ne obſit benignitas: & his q̄bus benigne uidebit̄ fieri & cęteris. Magis atq; magis. maxie: ac uehemēter. Imo ēt tedet. p parentheſim hęc dicta ſūt. Vt mihi. ſ. ſtat: & placet: q; ſubaudias Mallius ille q meunum. i. p̄cipuum. Atq; unicū. & ſingularē amicū. Habuit. habere indicauit: alii legunt habet: ſed non ſtat uerſus: qui quattuor colliſionibus aſprimus eſt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In Gellium.

g Ellius audierat. gelliũ patrui ſui nefariũ irrumatorẽ ſatyrico felle aſpgit: Gellius.n. patrui ſui uxorem impie ardens In eius gratiã Delicias multas & dicebat: & faciebat: quod quum patruus intellexiſſet obiurgare cępit oblique Gellium: Qui patruum irrumando ſilere coegit: Hic Gellius uidetur: eſſe ille De quo Cicero pro ſextio ſcribit aderit Gellius homo: & fratre indignus uiro clariſſimo & ordine equeſtri: & Infra quum oſtenderit eum gulloſſimum ganeonem ſubdit: uerũ ego tibi patrimoniũ eripui gelli: an tu comediſti: legito amplius circa finẽ ſupradictę orationis.

Nõ iurgia ferre. nõ tolerare uerba delicata tanq̃ iurgia uxori: ac ſibi dicta: aliter legit᷑ patruũ obiurgare ſolere: quę lectio magis probari poteſt.

Ipſi. ſibi Gellio. Perdeſpuit. cõtẽpſit: nã quos contemnimus in eos deſpuimus: Perſius deſpue quod non es.

Reddidit harpocratem. mutũ fecit ſilere coegit: harpocrates Catulli tẽporibus fuit mutus quidã denoiatus ab harpocrate deo ęgyptioꝝ. Nã ut Plutarchus i oratiõe de ſarapidis numine ſcribit: harpocrates ab ęgyptiis colitur deus ſilentii: cuius numinis ſimulacrum digito labiis admoto figuratũ indicat ſilentiũ Huius dei meminit Oui. noie ꝑtermiſſo quũ deos iſidis Comites dinumerat: ſanctaq; Bubaſtis uariuſq; coloribus apis: Quiq; ꝑmit uocem digitoq; ſilentia ſuadet: Siſtraq; erant: nunq̃ q; ſatis quęſitus oſiris: harpocratis aũt imagine in annulis ſignatoriis antiquos uſos ſcribit Plinius his uerbis: iam uero ét harpocratem: ſtatuaſq; ęgyptioꝝ numinũ in digitis uiri quoq; portare incipiunt: Hic deus ęgyptiorũ harpocrates ab aliquibus putatur Saturnus: ego uero multis argumentis ducor cur credam harpocratem eſſe Mercuriũ: qui ab ęgyptiis ſupſtitioſiſſime cultus oſtendit᷑ a Cicerone atq; Macrobio: Harpocrates igit᷑ Mercurius tenens harpen ab ἅρπη & κρατέω ideſt ab harpe & teneo: Ita eni pingit᷑ tenens harpen: quam harpen cyllenida uocauit Lucanus. Fecit quod uoluit. patruum ſilere coegit: Duplici modo. ſ. & eius libidini ſatiſfaciẽdo: & mentula os obturãdo: nam qui irrumat᷑ & fellat tacere cogit᷑.

Irrumet. ſ. in os. Patruus. qui ſellator erat. Non faciet uerbum. Silebit: Sic Martialis: Si te ꝑhendero Gargili tacebis.

In Gellium.

g Ellius audierat patruum obiurgare ſolere
Siquis delicias diceret aut faceret.
Hocne ipſi accideret: patrui perdeſpuit ipſam
Vxorem: & patruum reddidit harpo cratem
Quod uoluit fecit: nam q̃uis irrumet ipſum
Nunc patruum: uerbum non faciet patruus.

Ad Leſbiam.

h Vc eſt mens deducta tua. leſbię fallacias: & pfidiam conquerẽs ait ſe culpa eius in tam anguſtum uitę ſuę diſcrimẽ adductũ eſſe: ut eam ( ét ſi fieret optima ) neq; amare poſſit: neq; ab eius amore deſiſtere: aut fugari: q̃uis oia maloꝝ genera in ipſum poetam leſbia faceret: Deinde ſe ipſum conſolatur multis rationibus poſtremo a diis immortalibus petit atq; implorat: ut poetę ipſius miſereantur: eumq; a tanta peſte atq; diri amoris calamitate liberent.

Mens mea. ratio conſilium animi mei. Tua culpa. tua in amore pfidia. Ipſa. mens mea. Suo officio. Sua erga te fide officioſa. Omnia. ſcilicet mala contra me.

Ad Leſbiam.

h Vc eſt mens deducta tua mea leſbia culpa:
Atq; ita ſe officio perdidit ipſa ſuo:
Vt iam nec bene uelle queam tibi ſi optima fias:
Nec deſiſtere amare: omnia ſi facias.

s I qua recordanti. ſe ipm cõſolat᷑ a benefactoꝝ recordatiõe: Nã Bene acta uita multoꝝ bñfactoꝝ recordatio ẽ iucũdiſſima: ut inqt Cice. ſic & Epicurus ad doloris diminutionẽ iubebat ꝑteritarũ uoluptatũ reminiſci ſuauitates. Piũ. iuſtũ inocẽtem bñficũ. Nec fęde. i ul. nec i ullis pactis: aut promiſſis ſe abuſum eẽ deoꝝ numine: Siue teſtimonio: Nam iuſiurandum ut ait Cicero affirmatio religioſa qđ aũt affirmatiue quaſi deo teſte promiſeris id tenẽdũ ẽ. Dictaq;. factaq; ſũt. ſ. tuę leſbię ingratiſſimę.

Conſolatio Ad Se Ipſum.

ſ Iqua recordanti benefacta priora uoluptas
Eſt homini quum ſe cogitat eſſe pium:
Nec ſanctam uiolaſſe fidem nec fœdere in ullo
Diuum ad fallendos numine abuſum hoies:
Multa parata manent in longa ætate catulle
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi:
Nã quæcunq; hoies bene cuiq̃ aut dicere poſſunt
Aut facere: hæc a te dictaq; factaq; ſunt:
Omniaq; ingratæ perierunt credita menti.

Quare iam te cur amplius excrucies:
Quin te aio affirmas: atq; inſtinctoq; reducis
Et diis inuitis deſinis eſſe miſer:
Difficile eſt longum ſubito deponere amorem
Difficile eſt: uerum hoc quod lubet efficies:
Vna ſalus hæc eſt: hoc eſt tibi peruincendum:
Hoc facies: ſiue id non pote: ſiue pote:
O dii/ſi ueſtrum eſt miſereri: aut ſi quibus unq̃
Extrema iam ipſam morte tuliſtis opem/
Me miſerum aſpicite: & /ſi uitam puriter ægi:
Eripite hanc peſtem perniciemq; mihi:
Quæ mihi ſubrepens imos ut torpor in artus
Expulit ex omni pectore læticias:
Non iam illud quæro cõtra ut me diligat illa:
Aut quod non potis eſt eſſe pudica uelit.
Ipſe ualere opto & tetrum hunc deponere morbũ
O dii hoc reddite mi pro pietate mea.

Cur amplius te excruties. quũ oia beneſeciſti: ac nulla tua culpa tibi malũ hoc acciderit. Quin te aio affirmas. i. te aio tuo cõfirma & a tãto lãgore ac dolore ſuſcita: legitur & ſic: qui tu animũ affirmas: neutra lectio iprobãda eſt. Diis inuitis. diis nolẽtibus te dolere ac miſerum eſſe. Nõ pote ſiue pote. ſiue poteſt ſiue non poteſt fieri tamen efficias diis adiuuantibus.

Me miſerũ aſpicite. mihi miſero fauete ac opem ferte. Puriter. inocenter: pie: iuſte: Hanc peſtem. hunc leſbię peſtiferum amorem. Torpor. aut lethargũ aut ueternũ dicit. Valere. ſanus fieri ab amore peſtifero.

Morbum. nã omnes animi pturbationes appellari morbos ſcribit in tuſculanis Cicero.

Ad Rufum.

Ruſe mihi fruſtra. pfidam rufi amiciciam cõqueritur: quoniã leſbiã amicam ſuam abduxerit: hic ẽ ille rufus quẽ ſupra dixit hyrcinũ fetorem olere podagricumq; eſſe. Fruſtra. Caſſo labore. Nequicq̃. uana ſpe. falſaq; Credulitate. Pretio. magno damno leſbię amiſſę. Surrepſti. clam: & fraudulenter in animum meum ingreſſus es: ſurrepo eſt latẽter & clam ſuccedo & eſt tractum a ſerpentibus ſurrepſti pro ſurepſiſti per ſyncopen protulit: Perurens. iracundię doloriſq; incendia Concitans: Oia noſtra bo. amicam meam in oia meę uitę bona poſuerã. Heu heu noſtrę pectus ãicicię exclamatio i pfidũ rufi pectus aiumq; fallacẽ.

AD RVFVM:

r Vſe mihi fruſtra: ac nequicq̃ credite amice
Fruſtra imo magno cum precio atq; malo:
Siccine ſurrepſti mi atq; inteſtina perurens
Sic miſero eripuiſti omnia noſtra bona:
Eripuiſti heu: heu noſtræ crudele uenenum
Vitæ. heu heu noſtræ pectus amicitiæ.

In Gallum.

Gallus habet fratres. uerſutã atq; nefarriã galli libidinẽ ſatyrica mordacitate lacerat: quoniã is gallus ut facilius poſſet fratrum ſuoꝝ liberos & uxorem in ſuã nefandam libidinẽ allicere: ipſe leno eos inter ſtupra cõmittere docuit: minatur itaq; gallo poeta ſe ęterna infamia ſacrilegas eius libidines notaturũ. Quoꝝ eſt lepidiſſima Cõiũx alterius. ordo eſt quoꝝ alterius cõiunx eſt lepidiſſima. Bellus. benignus irõice. Stultus. rudis quoniã tam diros amores inter illos Conciliens imprudenter idicat ſua cum illis flagicioſa ſtupra: facit eni ſe ſtupri ſuſpectum maritũ. ſ. uxoris. Tua. o galle. Spurca. fętida. Pura ſuauia puellę. mũda oſcula uxoris fraternę. Anus fama. lõgęua infamia: ſic ſuperius hęc charta loquatur anus.

DE GALLO.

g Allus hab; fratres quorũ ẽ lepidiſſima cõiũx
Alterius: lepidus filius alterius:
Gallus homo eſt bellus: nã dulces iũgit amores
Cum puero ut bello bella puella cubet:
Gallus hõ eſt bellus: nec ſe uidet eſſe maritum:
Qui patruus patrui monſtret adulterium:
Sed nunc id doleo q; puræ pura puellæ
Suauia cõiunxit ſpurca ſaliua tua:
Verum id nõ impune feres: nã te omnia ſæcla
Noſcent: & quis ſis fama loquetur anus.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## DE LESBIO.

l  Eſbius eſt pulcher: quid ni? quẽ leſbia malit
Quam te cum tota gente catulle tua:
Sed tamẽ hic pulcher uendat cum genre catullũ:
Si tria natorum ſuauia reppererit.

In Leſbium.

Leſbius eſt pulcher. leſbiũ riualem ſuũ ſibi ob pulchritudinẽ a leſbia prę poſitum amarulẽto ioco inſectatur i leſbię indignationem: quoniã ea pulchritudine decepta amatorẽ ad rem venereã imbellẽ ac ſterilẽ elegerit excluſo catullo. Quid ni. Cur nõ. ſ. ſit pulcher ſi eũ mihi ãnpoſuit leſbia: ẽ inuita & amara cõceſſio. Tria nat. ſua. i. ſi tria oſcula unq̃ dederit ſuis liberis: quos nullos hũit unq̃. Suauia. parẽtibus. n. iucũdiſſia ſũt paruulorũ natorũ oſcula.

## AD GELLIVM:

q  Vid dicã gelli quare roſea iſta labella
Hyberna fiant candidiora niue?
Mane domum cum exis & cum te optata quiete
E molli longo ſuſcitat hora die:
Neſcio quid certe eſt: an uere fama ſuſurrat
Grandia te medii tenta uorare uiri:
Sic certe eſt. clamant uictoris rupta miſelli
Illo demulſo labra notata ſero.

In Gellium.

